S. THOMAE AQVINATIS
IN LIBROS ARISTOTELIS
DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE
CASTIGATISSIMA COMMENTARIA:
Cum duplici textus tralatione, antiqua videlicet
& noua FRANCISCI VATABLI
nuperrimè addita.

De Mistione etiam Elementorum absolutum ac perutile opus ad hanc Philosophiæ partem spectans, ex Opusculis eiusdem S. Thomæ excerptum, his nuper additum est.

DVO ITEM INDICES HIS OMNIBVS APPOSITI SVNT:
alter Librorum ac Lectionum Summas continens, alter
Commentariorum scitu digna demonstrans.
QVORVM OMNIVM CASTIGATIO
LEGENTI PATEBIT.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scottum.
M. D. L X V.

INDEX.

Summa Librorum, ac lectionum de Generatione & Corruptione.

Summa Libri Primi.

Summa Libri Secundi.

Summa libelli De Elementorum Mistione.

Indicis Summarum Librorum ac Lectionum finis.

INDEX.

Omnium, quæ tam in commentarijs S. Thomæ super Primum & Secundum Librum de Generatione, quàm eiusdem de Mistione nuper additi libelli continentur, foliorum, ac literarum serie quàm diligentissime congestus.

Periodus

Indicis Commentariorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.

LIBER PRIMVS.

Cum S. Thomæ Aquinatis expositione.

PROOEMIVM.

Tex.cõ.38. SICVT tradit Philosophus in Tertio de Anima, scientiæ secantur queadmodum & res. Nam & omnes habitus distinguuntur per obiecta, ex quibus speciem habent. Res autem, quas consyderat Naturalis, sunt motus & mobile, Dicit enim Tex. c. 71. Philosophus in Secundo Phy. ꝙ quæcunq; mota mouent sunt Philosophicæ speculationis: & ideo oportet ꝙ secundum differentiam motuum & mobilium di- C stinguantur & ordinentur partes Scientiæ Naturalis. Primus autem motuum est ipse motus localis, qui est perfectior & communior omnibus motibus naturalibus, vt probatur in. 8. Phy. Et ideo post consyderationem motuum & mobilium in cõi: quæ fuit tradita in Libro Phy. Primo oportuit ꝙ tractaretur de corporibus s'm ꝙ mouentur motu locali in Libro de Cælo: quæ est secunda pars Scientiæ naturalis. Restat igitur consyderatio de motibus alijs consequentibus: qui non sunt communes omnibus corporibus, sed inueniuntur in Solis inferioribus. inter quos principatum obtinet generatio & corruptio. Alteratio. n. ordinatur ad generationem, sicut ad finem: qui est perfectior naturaliter his quæ sunt ad finem. Augmentum etiam consequenter se habet ad generationem. nam augmẽtum non fit sine quadam particulari generatione: qua. s. nutrimentum conuertitur in nutritum. D sicut etiam Philosophus dicit in Secundo de Anima, ꝙ cibus nutrit inquantum est potentia caro, augmentat autem, inquantum est potentia quanta caro. Et ideo necessarium est, vt, quia hi motus consequenter se habent ad generationem, simul cum eis de generatione & corruptione tractetur. Est autem consyderandum, ꝙ de vno quoq;: quod in pluribus inuenitur, prius est consyderandum in communi, quam ad species descẽdere, alioquin oporteret idem dicere multotiens: ita, scilicet ꝙ in singulis id quod est commune repeteretur: sicut probat Philosophus in Primo de Partibus animalium: & ideo prius oportuit de generatione & corruptione in communi determinare, quàm ad partes eius descendere. Similiter etiam con-

Quare liber de Cœlo sit secundus Naturalium; Te. c. 55. Et prio de Cœ c. 12. Quar liber iste sequatur librum de Cœlo.

Quo alteratio & augmentũ habeãt respectum ad generationẽ. T. c. 37.

Idẽ habes in prologo Physicorũ.

Ca. primo.

A sy derare oportet, ꝙ, si in aliquo genere aliquod primum inuenitur, quod sit causa aliorum, eiusdem consyderationis est commune genus, & id quod est commune in genere illo: quia illud primum est causa totius generis. Oportet autem eum, qui consyderat genus aliquod causas totius generis consyderare. & inde est, ꝙ Philosophus in Metaphy. simul determinat de ente in communi, & de primo ente, quod est à materia separatum. Sunt autem in genere generabilium & corruptibilium, quædam prima principia, s. elementa, quæ sunt causa generationis, corruptionis, & alterationis in omnibus alijs corporibus. Et inde est, ꝙ Aristo. in hoc Libro, qui est tertia pars Scientiæ naturalis, determinat non solum de generatione & corruptione in communi, & alijs motibus consequentibus, sed etiam de generatione & corruptione elementorum. His ergo prælibatis B ad demonstrandum intentionem Arist. in hoc Libro, accedendum est ad expositionem eius.

Cõsyderãs genus aliquid: cãs totius generis consyderari debet.

Quare hic Arist. de elementis consyderet.

SVMMA LIBRI.

De Generatione & Alteratione, de Augmentatione, de Tactu, de ipso Agere ac Pati & de Mistione, tam secundum aliorum, quàm secundum propriam sententiam agit.

LECTIO. I.

Quænam in hoc Libro speculari oporteat: deq; Generationis & Corruptionis ab alteratione discrimine, ex antiquorum sententijs agitur.

Francisci Vatabli Tralatio.

DE ortu autem ac interitu eorum, quæ natura gignuntur, intereuntque, vniuersim de omnibus tum causas, tum rationes eorum distinguendo, dicamus oportet. præterea, quid accretio, quidq; alteratio sit. & eandem'ne alterationis atque generationis esse naturam existimare liceat, an diuersam perinde vt ipsis quoque nominibus discretæ sunt. T. c. primi.

Antiqua Tralatio.

DE Generatione autem & Corruptione: & de natura generatorum & corruptorum, & vniuersaliter de omnibus & causas diuidendum, & rationes eorum determinandum est. & vtrum existimandum sit eandem esse naturam alterationis & generationis: aut semotam, vt determinata sunt ex nominibus.

IN hoc igitur Libro Philosophus primo ponit procemium demonstrans suam intentionem, secundo prosequitur propositum. ibi {Antiquorum quidem igitur.} Circa primum tria facit. primo enim ponit id quod principaliter intendit, & continuatur ad finem Libri de Coelo, vbi dictum est, de graui quidem igitur & leui deter-

Continuatur hic liber ad librum de Cœlo.

minatum sit hoc modo. & subdiuit. de generatione autem & corruptione, & natura generatorum & corruptorum, & eorum quæ generantur & corrumpuntur, vniuersaliter de omnibus & causas diuidendum est, vt, s. assignemus alias causas generationis, & alias corruptionis. vel etiam vt cōmunes causas distinguamus applicando singulis speciebus generatorum & corruptorum naturaliter. Et causas & rationes eorum determinandum est, vel generationis & corruptionis, vel etiam eorum quæ naturaliter generantur & corrumpuntur: vtrorumq;.n. definitiones scire oportet. Naturalis.n. non solum cōsyderat motum, sed etiam mobilia. Dicit autem naturam generatorum & corruptorum: quia cōsyderare generationem & corruptionem artificialium non pertinet ad Naturalem. secundo cum dicit. { Amplius. } Promittit se dicturum de alijs motibus consequentibus, s. de alteratione, augmentatione quid sit vtrunq;, tertio ibi { Et vtrum. } Promittit se dicturum de comparatione prædictorum adinuicem: vtrum, s. licet sit existimandum vel recipiendum, quòd eadem sit natura & ratio alterationis & generationis: aut semota, distincta, scilicet differant ratione & naturā: sicut determinata, idest distincta sunt nominibus. Deinde cum dicit.

Naturalis motum & mobilia cōsyderat. Generatio artificialiū non spectat ad Naturalem.

VATAB. *Priscorum igitur, quidam generationem simplicem absolutamq; alterationem esse inquiunt, quidam, generatione alterationem aliud esse.*

ANT. *Antiquorum igitur. hi quidem vocatam generationem simplicem alterationem esse inquiunt, hi vero aliud generationem, & aliud alterationem.*

De generatione, corruptione, & alteratione secundū antiquorum opi.

Prosequitur suum propositum, & primo determinat de generatione & corruptione in cōmuni, & etiam de consequentibus, secundo determinat de generatione & corruptione elementorum, & hoc in Secundo Libro, qui incipit. ibi { Demistione quidem igitur. } Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat de generatione & corruptione in communi, & alijs consequentibus motibus, In secunda determinat de quibusdam, quæ ad hæc requiruntur. ibi { Quoniam autem primum oportet de materia. } Circa primum duo facit. Primo inquirit, vtrum generatio differat ab alteratione, quod erat tertium ꝓpositorum: oportuit tamen prius hoc tangere: quia, cum differentia constituat speciem, non posset sciri propria ratio generationis & corruptionis hoc ignorato: secundo determinat de generatione & consequentibus motibus, ibi { Vniuersaliter itaq; de generatione. } Circa primum tria facit. Primo ponit diuersas sententias antiquorum circa differētiam generationis & alterationis, secundo rationem diuersitatis assignat. ibi { Quicunq; igitur. } tertio rationem assignatam manifestat. ibi { Empedo. quidem. n. } Dicit ergo primo, ꝙ quidam antiquorum Philosophorum dixerunt, ꝙ illa, quæ dicitur simpliciter generatio, i. absoluta, est īdem quod alteratio, alij vero dixerunt esse aliud generationem simplicem & alterationem. Deinde cum dicit.

Tex. c. 43.

Tex. c. 4.

VATAB. *Nam qui vniuersum ipsum aiunt vnum quippiam esse, & omnia ex vno oriri censent, hi generationem alterationem esse, & quod proprie generatur id alterari dicant est necesse.*

ANT. *Quicunq; igitur vnum aliquid omne esse dicunt, & omnia ex vno generant, his quidem necesse est vtiq; generationem alterationem esse dicere, & quod principaliter fit, alterari.*

Parme, Meliss. Dioge. Thales Herac. 1. Phy. tex. cō. 6.

Assignat rationem diuersitatis prædictæ. Et circa hoc tria facit. Primo assignat rationem, quare quidam posuerunt generationem simplicem idem esse quod alterationem. Fuerunt.n. quidam, qui posuerunt vnum esse principium materiale omnium rerum, puta aqua, vel aerem, vel ignem: & etiam posuerūt ꝙ materia est tota substantia rei: ex quo sequitur, ꝙ substantia rei semper maneat: & ideo generatio in re non differt ab alteratione. hoc est quod dicit. Quicunq; dicunt omne vniuersum esse vnum, i. immaterialem substātiam & omnia generant, i. causant ex vno principio materiali, his necesse est dicere ꝙ generatio sit idem quod alteratio: & ꝙ idem sit aliquid principaliter, i. simpliciter fieri, & alterari. Secundo cum dicit.

VATAB. *At qui plures quam vnam esse materias astruunt, vti Empe. Anax. & Leucippus, illas differre dicant oportet.*

ANT. *Quicunq. autem plures materias vnam ponunt, vtpote Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, & Democritus, his aliud.*

Assignat rationem, quare quidam posuerunt differentem generationem & alterationem. Fuerunt. n. quidam Philosophi, ponentes plura principia materialia, ex quorū congregatione & segregatione dicebant omnia fieri & corrumpi: & ſm hoc dicebant congregationem & segregationem esse generationem & corruptionem. Alterationem autem dicebant fieri per qualitercunque partium transmutationem. Hoc est ergo quod dicit quòd quicunq; posuerunt plures materias rerum quàm vnam, sicut Empedo. Anaxa. & Leucippus cum Democrito, istis videtur aliud generatio, & aliud alteratio. Tertio ibi.

VATAB. *Quanquam Anaxagoras suam profecto vocem ignorauit: quippe eum oriri ac interire idem esse quod alterari dicat at multa esse rerum elementa perinde atque alij, asserit.*

ANT. *Sed tamen Anaxa propriam vocem ignorauit. dicit enim quòd fieri et destrui idem existit quod alterari. Multa autem dicit elementa, quemadmodum & alij.*

Anaxa propriam vocē ignorasse videtur. Anax. plura posuit elementa, tamen gene. & alte idē asseruit.

Tex. c. 38.

Manifestat errorem Anax. de quo dicit ꝙ ꝓpriam vocem ignorauit; sicut ille qui posuit aliquod inconueniens suæ positioni. cum. n. poneret multa elementa, sicut alij, tamen dixit singulariter ꝙ generari & corrumpi sunt idem quod alterari. Et huius diuersitatis ratio est: quia sicut dicitur in Primo Physi. Anaxa. posuit res fieri per abstractionem à misto: ponebat autem misceri non solum elementa, sed etiam accidentia: & eundem modum ponebat productionis corporum, qui pertinet ad generationem & corruptionem: & accidentium, qui pertinet ad alterationem, vt, scilicet sicut caro fit per abstractionem, ita & albedo: & secundum hoc generatio non differebat ab alteratione. Deinde cum dicit.

VATAB. *Nam Empedocles corporea quidem elementa, quatuor, omnia vero vna cum hisce, quæ motu ciendi vim habent, numero sex ait esse. Anaxagoras vero, & Leucippus, & Democritus infinita. Etenim Anaxagoras ea facit element*

est elementa rerum, quę similaria sunt, vt os, carnem, medullam, cæteraq́; : quorum cuiusq; pars eandem cum toto sortita est appellationem. Democritus autem, & Leucippus ex indiuisibilibus corporibus, quæ & multitudine & formis infinita sunt, cætera componi dicunt: atq; hæc inter sese differre per illa, nimirum situ, ac ordine eorum ex quibus constant. Porro, Anaxa. & Empedocles contrario dicere modo videntur. ille .n. terram, aquam, aerem, & ignem, elementa quatuor, eaq; simplicia magis quam carnem, os, & id genus similaria. Hic vero hæc quidem simplicia elementaq́;, illa vero, terram inquam, aquam, aeremque & ignem, composita. vtpote quibus gignendis, illa præstent semina.

Empedocles quidem .n. corporea quatuor, omnia autem cum mouentibus sex ait numero. Anaxa. autem, & Leucip. & Democ. infinita. Hic quidem homiomera elementa ponit, vt pote os, carnem, & medullam, & alia, B *quorum vniuscuiusque synonyma pars est. Democritus autem & Leucippus ex corporibus indiuisibilibus hæc & alia componi inquiunt. hæc autem infinita & multitudine & formis esse. Illa autem inter se differunt his ex quibus sunt & positione, & ordine horum: contrarie autem videntur dicere qui circa Anaxagoram eis, qui circa Empedo. hi quidem .n. inquiunt ignem, & aquam, & aerem & terram quatuor elementa & simplicia magis esse quàm carnem, & os; & talia similium partium. His autem hæc quidem simplicia & elementa esse: terram autem & aquam, aerem & ignem composita. panspermiam enim horum esse.*

Manifestat præmissam rõnem: & primo ostendendo quõ quidam ponebant plura principia. eorum .n. qui ponebant vnum principium erat vnus absolutus modus procedendi. secundo manifestat, quare illi, qui ponebant vnum principium, negabant differentiam gene- C rationis & alterationis. quam assumebant ponentes plura principia, ibi { His quidem igitur. } Circa primum ponit differentias ponentium plura principia. & primo comparat Emp. ad omnes alios. & dicit ꝙ ideo prædictum est ꝙ prædicti Philosophi posuerunt plures materias, Emp. ponebat. 4. elementa esse principia materialia, s. terram, aquam, aerem, & ignem: omnia autem hæc cum mouentibus, s. cum amicitia quæ congregat, & cum lite quæ segregat, dicit esse sex numero: & ita ponebat principia finita, alij non, s. Anaxagoras, Democritus, & Leucippus ponunt principia infinita, secundo ibi { Hic quidem. } Ponit differentiam Anax. à Democrito & Leucippo: hic quidem, s. Anaxa. posuit corpora homiomera .i. similium partium esse principia materialia: vtpote infinitas partes carnis, & ossis, medullarum & aliorum huiusmodi: quorum quælibet pars est synonyma toti, .i. conueniens cum toto in nomine & ratione: hæc enim dicuntur homiomera, .i. similium partium. & hæc positio magis manifestata

T. c. 33. vsq; ad 40. 50. fuit ab Aristo. in Primo Physi. Sed Democ. & Leucip. dixerunt omnia corpora sensibilia componi ex quibusdam indiuisibilibus corporibus: quæ quidem ponebãt infinita multitudine, & forma, & figura. Nam quædam corporum indiuisibilium dicebant esse circularia, quædam autem quadrata, quædam pyramidalia, & sic de alijs: ponebant tamen esse indifferentis naturæ & speciei, contra id quod ponebat Anax. & tamen cum ista principia sint indifferentis naturæ & speciei, alia corpora sensibilia differunt ab alijs secundum differentiam eorum ex quibus componuntur: non quidem se-

A cundum differentiam in specie naturæ, sed secundum differentiam positionis & ordinis, prout. s. diuersimode ordinãtur & disponuntur in diuersis secundũ prius & posterius, ante & retro, sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum. Tertio ibi. { Contrarie autem. } Ponit differentiam Anax. ab Emp. & dicit, ꝙ isti contraria videntur dicere. Emp. enim dixit ꝙ ignis, terra, aer, & aqua sunt magis simplicia quàm caro & os, & talia corpora homiomera, .i. similium partium. & hoc ideo, quia ponebat res fieri per congregationem ex elementis. ideo ista elemẽta quæ congregabantur ad compositionem appellabat simplicia. Sed Anaxa. ponebat os, & carnem, & similia corpora esse magis simplicia, elementa vero esse composita. & hoc ideo, quia ponebat res fieri per abstractionem à misto: vnde, cum videret ꝙ ex aere, aqua, terra, & igne, omnia alia corpora generarentur, credidit ꝙ in prędictis elementis seu corporibus esset maxima mistio: ita ꝙ ex his omnia alia extrahi possent. & hoc est quod subdit, ꝙ dicebat ista quatuor corpora esse panspermata, .i. vniuersalia semina aliarum omnium rerum: quasi prædicta quatuor corpora essent commista ex seminibus omnium aliorum corporum.

Simplicia quæ secundũ Anaxa. & Empe.

A

LECTIO. II.

Tam secundum ponentes vnum, q̃ plura rerum principia arguitur aliud esse generationem ac corruptionem ab ipsa alteratione: specialiter tamen contra Empedoclis dicta insistitur.

Igitur, qui ex vno omnia conficiunt, generationem & corruptionem esse dicant alterationem est necesse. nam subiectum ipsum semper idem atq; vnum manere dicant oportet: quod autem tale est, id dicimus alterari. VATAB.

His quidem igitur, qui ex vno omnia constituunt, necesse est dicere generationem, & corruptionem alterationem. semper .n. manere subiectum vnum & idem: tale autem alterari dicimus. ANT.

Supra Arist. assignauit rationem, quare quidam antiqui Philosophi posuerunt generationem ab alteratione differre, quidam autem non, ex eo, ꝙ quidam posuerunt vnum principium materiale, quidam autem multa. hanc rationem supra manifestauit quantum ad radicem, ostendens ꝙ quidam Philosophorum posuerunt multa principia: nam ponentibus vnum principium absolutior est sermo quàm qui plura. nunc autem intendit ipsam rationem s'm se manifestare. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat ipsam rationem, secundo obijcit contra eam. ibi { Necesse est autem. } Circa primum duo facit. Primo manifestat quantum ad ponen- D tes vnum principium, secundo quantum ad ponentes plura principia. ibi { His autem qui genera multa. } Dicit ergo primo, ꝙ omnibus illis Philosophis, qui ex vno materiali principio ponunt omnia esse producta, necesse est dicere ꝙ generatio & corruptio idem sit alterationi. illud .n. principium materiale ponebant esse aliquod ens actu, puta ignem, vel aerem, aut aquam: & ponebant ꝙ illud esset substantia omnium, quæ ex eo generabantur: & sicut materia semper manet in his, quæ ex materia fiunt, ita ponebãt illud subiectum semper manet vnum & idem: hoc autem dicimus alterari, quando manente substantia actu existentis, fit aliqua variatio circa formas. vnde sequitur, quòd nulla transmutatio esse posit, quæ dicitur generatio & corruptio, sed sola alteratio. Nos autem ponimus omnium

Subm gña tionis & al terationis quæ tamen dum.

generabilium & corruptibilium esse vnum subiectum E quod tamen non est ens actu, sed in potentia. & ideo ex eo φ accipit formam, per quam fit ens in actu, dicitur simpliciter generatio: & ex hoc, φ, postquam est ens actu factum, suscipit aliam quamcunque formam, dicitur alteratio. Deinde cum dicit.

VATAB.

Qui vero plura genera statuunt, à generatione alterationem differre censeant necessum est. cum.n. ea coeũt aut dissoluuntur, generatio, corruptioq; fit. Quocirca & Empe. ad hunc canit modum. Nullius est natura, sed ipsa mistio mistorumq; prius diuulsio solum. Patet igitur sermonem eorum suppositioni esse accommodatum cùm hoc pacto dicunt, ac eos ad hunc dicere modum.

ANT.

His autem qui genera multa faciunt, differre generationem ab alteratione. coeuntibus.n. & dissolutis, generatio contingit, & corruptio. Ideo dicit hoc modo Empe. quòd natura nullius est. sed solum mistura, & segregatio F mistorum. Quoniam igitur proprius hic sermo est eorum suppositioni, ita loqui, manifestum est, & quoniam dicunt hoc modo.

Manifestat prædictam rationem quãtum ad ponentes plura principia. & dicit φ illis, qui faciunt multa genera principiorum materialium, de quibus est supra dictum, necesse est dicere, φ differat generatio ab alteratione. inquantum.n. illa coeunt in vnum, contingit secundum eos generatio, inquantum aũt dissoluuntur, contingit corruptio. Vnde Emp. dicit, φ natura, i. forma corporis compositi ex elementis, nullius elementorum est. neq;.n. est de natura ignis, neq; de natura aquæ, vel aliorum elementorum, sed est solum mistura, i. solum consistit in natura quadam mistionis, & opposita priuatio consistit in segregatione mistorum. Et, quia ex hoc dicitur aliquid generari φ acquirit propriam G naturam, ideo ponebant φ ex congregatione erat generatio, & ex segregatione corruptio. fieri alterationem autem ponebant per solam transpositionem, vt infra dicetur. quia igitur iste sermo est proprius suppositioni eorum, i. φ ita loquantur, manifestum est, φ ita dicunt de differentia generationis & alterationis, sicut dictum est. Deinde cum dicit.

Secundum Empe forma nullius elemẽti est, sed solum mistura.

Te c. 5.

VATAB.

At necessarium & illis quoq; est, vt alterationem dicant à generatione quippiam esse diuersum. fieri tamen haud quaquam potest, iuxta ea quæ ab eis dicũtur. Quod autem hoc rectè dicamus facile est perspicere. nam quiescente substantia, vt in ea mutationem in magnitudine, quæ vocatur accretio & decretio, ita & alterationem fieri videmus. Verum enim fieri nequit, vt alteratio fiat per ea, quæ dicunt, qui plura vno principia faciunt. siquidem affectus ipsi, iuxta quos id accidere dicimus, differen H tiæ sunt elementorum. quod genus sunt, caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, ariditas, humiditas, mollicies duricies. & cæteræ aliæ. vti & Empedo. ait:

Albentem penitus Solem calidumq; videri.

Ast Imbrem inter cũcta nigrum, simul atq; rigẽtem.

Similiter, & de reliquis quoq; definit pronunciatq;.

Quare, si fieri nequeat vt ex igni oriatur aqua, aut ex aqua terra, neq; profectò ex albo quicquam nigrum fiet, aut è molli durum. eadem, & de cæteris quoque ratio est: hoc autem est alteratio. An ne etiam perspicuum est, oportere semper contrariis ipsis vnam subiicere materiam, siue loco, siue accretione, decretioneúe, siue alteratione mutatio fiat? Præterea similiter & hoc alterationem esse est necesse. Etenim si alteratio sit, & subiectum est elementum vnum, & omnium quæ in sese vicissim mutantur vna est materia: &, si subiectum vnum sit, alteratio esse solet.

ANT.

Necesse est autem & his generationem esse aliud dicere præter alterationem. impossibile tamen est secundum ea, quæ ab eis dicuntur. Hoc autem, quòd rectè dicimus. facile est videre. quemadmodum enim videmus, quiescente substantia, in ea transmutationem fieri secundum magnitudinem, quæ vocatur augmentatio & diminutio, sic & alterationem. sed tamen, ex quibus dicunt, plura principia facientes vno, impossibile est alterari. passiones enim secundum quas hoc dicimus contingere, differentiæ elementorum sunt. dico autem, puta calidum & frigidum, humidum & siccum, album & nigrum, durum & molle, & aliorum vnumquodque, vt inquit Empedo. Solem album videri, & calidum, Imbrem autem in omnibus frigidum, nigrum, & nebulosum. similiter autem determinauit de reliquis. Quapropter, si non est possibile ex igne fieri aquam, neq; ex aqua terram, neque ex albo nigrum erit aliquid, neque durum ex molli, eadem enim ratio & de aliis. hoc autem erat alteratio. Amplius autem & manifestum: quoniam vnam semper contrariis supponere oportet materiam, siue transmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem & diminutionem, siue secundum alterationem. Amplius autem similiter necesse est esse hoc & secundum alterationem. si.n. alteratio est, & subiectum vnum elementum, & vna omnium materia habentium adinuicem transmutationem: &, si subiectum vnum est, alteratio est.

Vnã semper contrariis supponere oportet materiam.

Improbat ea quæ dicta sunt quantum ad ponentes plura principia. Nam secundum ponentes vnum principium ex necessitate concluditur propositum, supposita sua radice. Circa hæc ergo duo facit. primo obiicit G communiter contra omnes, secundo specialiter contra Empe. ibi { Emp. quidem igitur. } Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Dicit ergo, φ his qui ponunt multa principia, necesse est dicere φ generatio sit aliud præter alterationem, vt dictum est: sed tamen hoc est impossibile subsistere secundum ea quæ ab eis dicuntur: quod facile potest videri ex his quæ sequuntur. secundo ibi { Quemadmodum. } Manifestat propositum duabus rationibus. Circa quarũ primam proponit quandam similitudinem dicens, φ sicut videmus, quod substantia quiescente, i. permanente, accidit in ea transmutatio secundum magnitudinem, quæ nominatur augmentatio & diminutio, ita necesse est de alteratione secundum qualitatem. Nam sicut quantitas fundatur in substantia, ita & qualitas: sed impossibile H est per hunc modum fieri alterationem secundum ea, quæ ponuntur ab his, qui sunt facientes plura principia. dicunt.n. φ passiones, i. passibiles qualitates, secundum quas dicitur hoc contingere, idest alterari, vt patet ex Septimo Physi. sunt differentiæ propriæ elementorum, scilicet calidum, frigidum, album & nigrum, siccum & humidum, molle & durum, & alia huiusmodi. sicut Empedo. dixit, quòd Sol, idest ignis (ponebat enim Solem igneæ naturæ: videtur enim esse albus & calidus, imber vero, idest aqua, videtur in omnibus esse niger, frigidus, & nebulosus: sicut patet ex ipsa obscuratione aeris, quæ fit per imbres. & similiter determinabant de reliquis passionibus attribuentes eas elementis. Dicebant autem, quod non erat possibile ex igne fieri aquam, aut ex aqua terram, vel quocunque

T. c. 22. [illegible]

Scdm anti. vnū elemētū non pōt ex alio fieri: & quæ corum tē.

que modo vnum elementorum conuerti in aliud. Non enim ponebant huiusmodi elementa composita ex materia & forma, vt sic posset ex vno corrupto aliud generari: sed ponebant esse primas materias, quæ non resoluerentur in aliquod primum subiectum: oportet autem omne, quod in aliud cōuertitur, resolui in aliquod subiectum primum: impossibile est autem propria accidentia inueniri nisi in proprijs subiectis. vnde, si calidum est proprium accidens ignis, frigidum aquæ, impossibile est calidum esse nisi in igne, frigidum nisi in aqua, & sic de alijs. Si ergo ex aqua nō potest fieri ignis neq; ex vno elementorum aliud, consequens est, ꝙ nec possit aliquid ex albo fieri nigrum, vel ex molli durū. & eadē ratio est de huiusmodi alijs qualitatibus. Cum ergo alteratio non contingat nisi sm variationem dictarum qualitatum circa idem subiectum, consequens est ꝙ nulla erit alteratio, & ita nihil est ꝙ ponunt differentiam inter alterationem & generationem. Secundam rationem ponit. ibi { Amplius autē manifestum. } Et dicit ꝙ necesse est supponere vnam naturam contrarijs, quæ sunt termini motus: in quolibet, s. siue transmutetur aliquid secundum locum, siue sm augmētum & diminutionem. & similiter necesse est hoc esse in alteratione, vt, si alteratio est, sit vnum subiectum, & vna materia omnium habentium huiusmodi transmutationem adinuicem: &, si est vnum subiectum eorum, secundum quæ attenditur alteratio, sequitur etiam ꝙ sit alteratio. Quia igitur prædicti Philosophi non ponunt vnum subiectum omnium qualitatum, secundum quas attenditur alteratio sed plura, non possunt ponere alterationes & generationes. Differt autem hæc ratio à priori. nam ista assignat vniuersalem causam medii, quod assumebatur in prima ratione.

Quomodo hæc ratio & prior differant.

Deinde cum dicit.

VATAB.

Empedocles igitur, & hisce quæ apparent, & ipse sibi contraria dicere videtur. Nam elementorum nullum ex alio fieri. sed ex eis cætera omnia, & cum vniuersam naturam in vnum coegit præter discordiam, ex illo vno rursus quodque fieri, asserit. Quare ex vno quodam vt patet, eorum quæ differentijs quibusdam ac affectibus distincta separataque sunt, aliud aqua, aliud igni factum est. quemadmodum Solem ait album & calidum, Terram vero grauem atque duram. Detractis igitur hisce differentijs (detrahi enim possunt nam genitæ sunt) tum ex aqua terram tum ex terra aquam necessario fieri constat. eodem pacto, & cæterorum quodq; nec tunc solum, verum etiam nunc, si modo mutentur iuxta affectus, nam de numero eorum sunt, quæ adesse & abesse rursus posse dixit: præsertim ad huc inter sese pugnantibus discordia & concordia. Quocirca & tunc ex vno ortæ sunt ac genita non. n. vniuersum ipsum, ignis, aer, aqua, & terra, cum adhuc vnum essent, erat. Sed & id quoq; nequaquam liquet, vtrum scilicet ille ipsum vnum principium statuere debeat, an ipsa multa, ignem inquam, & terram & quæ cum hisce eiusdem sunt seriei. Nam quo ipsum vnum, vt materia, subijcitur, ex quo mutatione, quæ motionis opera fit, terra & ignis fiunt, elementum est: at quo, hoc quidem ex compositione fit coeuntibus inquam illis, illa vero ex dissolutione, hoc elementi appellatione digniora sunt, naturaque priora.

ANT. T.c.2.

Mundi gñō est p litē & corruptio

Empedocles quidem igitur videtur contraria dicere, & ad apparentia, & ad seipsum ipse. Simul autem non dicit alterum ex altero fieri elementorum vllum sed alia omnia ex his. Simul autem, quoniam in vnum contingit A *omnem naturam, præter litem, rursum vnumquodque ex vno fieri. Quapropter ex vno aliquo manifestum, quoniam differentijs quibusdam diuersorum, & passionibus factum est. hoc quidem aqua, hoc autem ignis: quemadmodum dicit Solem hoc quidem album & calidum, & leuem Terram autem graue & durum. Ablatis igitur his differentijs: (sunt enim auferibiles genitæque) manifestum est quidem necesse fieri & aquam ex terra, & terram ex aqua. Similiter autem & aliorum vnumquodq;: & non tunc solum, sed nunc cum transmutantur passionibus. Sunt autem ex quibus dicit Empedocles, possibiles aduenire, & separari, rursus & aliter aduersantibus adinuicem lite adhuc, & amicitia. ideoque & tunc ex vno generata sunt. Non enim vtique ignis & terra & aqua existentia, vnum erant omne. Incertum autem, & vtrum principium ei ponendum multa, aut vnum. Dico* B *autem ignem & terram, & coordinata horum. Secundum id. n. quod vt materia supponitur ex quo transmutata propter motum, fiunt ignis, & terra, et aqua vnum elementum: secundum id autem, quòd hoc ex compositione fit, conuenientibus illis illa autem ex dissolutione, magis elementa quatuor illa & prima natura.*

p amicitiā scdm Emp.

Te.cō.3.

Disputat contra Empe. specialiter duabus rationibus. Circa quarum primam dicit ꝙ Emp. videtur contraria dicere non solum his, quæ apparent secundum sensum, in quibus videmus ex aqua fieri aerem, & ex aere ignem: sed etiam videtur contraria dicere sibiipsi. ex vna enim parte dicit, ꝙ nullum elementorum generatur ex altero, sed alia omnia elementata corpora componuntur ex eis. ex alia vero dicit, ꝙ antequàm mundus hic generetur, contingit omnem naturam rerum congregari in vnum per amicitiam, præter litem: & ꝙ C rursus vnum quodq; elementorum, & etiam vnumquodq; aliorum corporum segregabitur per litem segregantem res. vnde manifestum est, ꝙ per quasdam differentias & passiones diuersorum elementorum factum est per litem, ꝙ ex illo vno primo hoc esset aqua, & aliud esset ignis. Et exemplificat de differentiis & passionibus. sicut ipse dicit, ꝙ Sol, i. ignis est albus, & calidus, & leuis: Terra autem grauis & dura. & sic patet ꝙ istæ differentiæ de nouo superueniunt elementis: omne autē quod de nouo aduenit potest auferri. Quia igitur differentiæ sunt auferibiles, vtpote de nouo genitæ, manifestum ꝙ ablatis huiusmodi differentiis, est necesse fieri & aquam ex terra, & terram ex aqua: & similiter vnumquodq; aliorum elementorum ex alio. Et hoc non tunc solum, s. in principio, sed etiam nunc, & hoc per transmutationem passionum. Et ꝙ talis transmutatio passionum fieri possit probat dupliciter. D primo ex natura ipsarum passionum: quia ex his quæ dicit Emp. sequitur, ꝙ possit de nouo aduenire: puta per litem segregantem, & rursus separati ab elementis, puta per amicitiam vnientem. Aliter ex causa illarū passionum. nam quia etiam nunc contrariantur lis, & amicitia, sicut in principio: ergo etiam nunc elementa possunt transmutari sm differentias & passiones: & ideo tunc, s. in principio mūdi, ex vno generata sunt elementa superuenientibus his differentiis. Non. n. potest dici quod ignis, terra, & aqua existentia actu, essent vnum totum. Secundam rationem postea ponit. ibi { Incertum autem. } Et dicit ꝙ incertum est, vtrum Emp. debuerit vnum principiū ponere, vel multa, quamuis ipse multa posuerit, s. ignem, terram, & aquam, & alia quæ

In generatione pereunt differentiæ habitæ & nouæ acquiruntur.

Secūda rō.

coenſtunt eis. Id autem dicit eſſe incertũ, quia ex quo vnum ponebatur, ex quo ſicut ex materia fiunt ignis, terra, & aqua per aliquam tranſmutationem à lite ſegregante, videtur ꝙ ſit vnum elementum, ſed inquantum illud vnum fit ex compoſitione elemẽtorum in vnum conuenientium per amicitiam. Illa autem, ſ. 4. elementa, inquantum fiunt ex illo vno per quandam diſſolutionem per operationem litis, videtur magis ꝙ illa quatuor, ſint elementa, & principia, & prius natura, & hoc magis attendebat Emp. ponens res fieri per congregationem & ſegregationem, Ariſto. tamen in præcedenti ratione probat ꝙ neceſſe eſt elementa fieri non per ſolam ſegregationem, ſed per quãdam tranſmutationem superuenientem differentijs elementorum; ex quo ſequitur contrarium eius quod intendebat Emp. ſ. ꝙ illud vnum ſit magis principium. Deinde cum dicit,

LECTIO III.

Cur de generatione ac corruptione dicendum ſit: Democriti deinde cum ſua ratione de generatione Sententia tractatur, & ad eius veritatem duæ afferuntur quæſtiones: quarum altera ſoluitur, ea videlicet, an rerum principia indiuiſibilia ſi ſint, corpora ſint, an ſuperficies.

VATAB.

Omnino itaq; de Generatione & Corruptione ſimplici abſolutaque, vtrum ſit necne, & quo pacto ſit, & de cæteris abſolutis motibus, verbi cauſa de Accretione & Alteratione dicendum eſt.

ANT. Tex. c. 4. Proponit ĩ intẽtionem ſuam Ariſt.

VNiuerſaliter itaque de Generatione & Corruptione ſimplici dicendum, vtrum eſt, aut non eſt, & quomodo eſt. & de alijs ſimplicibus motibus, puta de Augmentatione & Alteratione.

Poſtquam Philoſophus proſecutus eſt opinionem antiquorum circa differentias generationis & alterationis, hic incipit determinare de generatione, & alteratione, & de alijs motibus. Et circa hoc duo facit. primo dicit de quo eſt intentio, ſecũdo incipit proſequi ſuam intentionem. ibi { Democritus autem & Leucip. } Circa primum duo facit. primo ponit ſuam intentionem, ſecundo aſsignat ſuæ intẽtionis rationem. ibi { Plato. n. igitur. } Dicit ergo primo, ꝙ, quia Antiqui Philoſophi dubitauerunt de differẽtia generationis, corruptionis, & alterationis; dicendum eſt nobis in vniuerſali de ſimplici generatione & corruptione, i. ſecũdum quam aliquid dicitur ſimpliciter generari & corrũpi, vtrum, ſ. generatio ſimpliciter eſt, aut non. Nam ſecundum illos, qui dicunt generationem ab alteratione differre, generatio ſimpliciter eſt: non autem ſ'm eos, qui eorum differentiam negant. & , ſi eſt ſimpliciter generatio, dicendum quomodo eſt. Et ſimiliter eſt de alijs motibus, qui ordinantur quodammodo ad generationem ſimplicem, vt ſupra dictum eſt, puta de alteratione, & augmentatione. Deinde cum dicit.

VATAB.

Plato igitur de generatione, ac corruptione quomodo rebus ipſis competant, conſyderauit ſolum, nec id quidem de omni, ſed elementorum. quomodo vero carnes, aut oſſa aut quippiam aliud tale gignatur, nequaquam. Inſuper nec de alteratione, nec de accretione, quonam pacto rebus ipſis contingant. Ad ſummam, de nulla mutatione, niſi ſuperficietenus quicquam vllus definiuit, præterquam Democritus, cui omnia fuiſſe curæ videntur: ſed in hoc nempe qua via ac ratione fiant, tam diſcrepat. nam nec de accretione quiſquam quicquam definiuit, ſicuti diximus, quod non vel quiuis dicat. Dixerunt. n. res ipſas acceſſu rei ſimilis augeri: id autem quonam pacto fiat, nihil præterea dixere. Nec de miſtione, nec de aliorum prope dixerim vllo, verbi cauſa de actione & paßione, quonam modo aliud agat aliud patiatur in actione naturali.

ANT. Te. c. 5. Deficiẽtiã rõ Plato.

Plato igitur ſolum de generatione ſcrutatus eſt & corruptione, quomodo exiſtit in rebus: & de generatione non omni, ſed de ea quæ elementorum. quomodo autem carnes fiant, aut oßa, aut aliorum quid aliud talium, nihil. amplius neque de alteratione, neq; de augmentatione quomodo exiſtit in rebus. Vniuerſaliter autem extra ea, quæ ſuperficietenus, de nullo aliquis conſtituit præter Democritum. hic autem videtur de omnibus curam habere. Iam autem in qualiter & quomodo, differt. De augmentatione. n. nullus quicquam determinauit, vt dicimus, niſi quod & quiuis diceret: quoniam aduueniente ſimili augmentãtur, quomodo autem hoc fiat non amplius. neq; de miſtione, neque de aliorum conſimili, vt ita dicam, vllo, vtputa de facere, & pati, quomodo hoc quidem facit, hoc autem patitur ſecundum naturales operationes.

Curioſus Democ.

Aſsignat rationem ſuæ intentionis ex eo quod aliqui Philoſophi de his inſufficienter tractauerunt. Et dicit ꝙ Plato inquiſiuit de generatione & corruptione tantum quomodo ſint in rebus, non tamen de omni generatione, ſed ſolum de generatione elemẽtorum: non autem quomodo generentur carnes & oſſa, aut aliquod aliorum miſtorum corporum. neq; etiam tractauit de alteratione & augmentatione quomodo ſint in rebus. Et vniuerſaliter nullus aliorum Philoſophorum dixit determinate aliquid præter ea quæ ſuperficietenus apparent, niſi ſolus Democritus; qui videtur curam habuiſſe de omnibus diligenter inquirere; ſed iam differt quomodo inquiſiuerint. nullus. n. nec ipſe, nec alius determinauit de augmentatione, vt ita ſit dicere: vt etiam non quicunq; idiota dicere poſſet. vt, ſ. augmẽtatio fiat aduueniente aliquo ſimili: ſed quomodo per aduentum ſimilis aliquid augetur hoc non dixerunt; neq; etiam aliquid dixerunt de miſtione, vel de aliquo alio conſimili, vt ita dicam: puta de facere & pati, ſ. quomodo hoc agat & hoc patiatur ſecundum operationes naturales. Deinde cum dicit.

VATAB.

Democritus autem & Leucippus figuras concinnant, ex quibus alterationem faciunt, atq; generationem. congregatione quidem & ſegregatione, generationem atque corruptionem: ordine vero & poſitu, alterationem.

ANT. Generatio & alteratio ſecũdũ Democritum.

Democritus autem & Leucippus facientes figuras, alterationem & generationem ex his faciunt, Segregatione quidem & congregatione generationem & corruptionem, ordine autem & poſitione alterationem.

Incipit proſequi ſuum propoſitum: & primo determinat de generatione & alteratione, eo ꝙ eorum connexa eſt conſyderatio, ſecundo determinat de augmentatione. ibi { De augmẽtatione autem. } Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum de generatione & alteratione, ſecundo determinat de eis ſ'm propriam opinionem. ibi { Determinatis autem his. } Circa primum duo facit. primo recitat opinionem Democriti, qui de omnibus curam habuit, vt dictum eſt; ſecundo inquirit de veritate ipſius. ibi { Quoniam autem videtur omnibus. } Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Democriti, ſecundo ponit rationem ipſius. ibi { Quoniam autem exiſtimabant. } Dicit ergo primo, ꝙ Democritus & Leucippus, qui faciebãt principia rerum corpora indiuiſibilia infinitarum

T. c. 25.

T. c. 11.

T. c. 6.

figurarum

figurarum, ex his causabant generationem & corruptionem & alterationem. Dicebant.n.ꝙ per congregationem & segregationem dictorum corporum figuratorum causabatur generatio & corruptio: ex permutatione autem ordinis & positionis dictorum corporum causabatur alteratio. Deinde cum dicit.

VATAB. *Caterum quoniam quæ apparent, ea vera esse putabant, contraria autem & infinita sunt quæ apparent, infinitas facere figuras, ita vt per compositi transmutationem idem contrarium videatur alij atq; alij, transmuteturq; inserta re pusilla, & omnino permutato vno quopiam diuersum quid appareat, quandoquidem tragœdia & comœdia eisdem fiunt literis.*

ANT. *Quoniam autem existimabant verum in apparendo: contraria autem sunt & infinita quæ in sensu apparent, figuras infinitas faciunt. Quapropter transmutatione compositi idem contrarium videtur alij et alij, & transmutatur paruo adueniente: & vniuersaliter aliud apparet vno transmutato. ex eisdem enim Tragœdia & Comœdia fit literis.*

T.cō 21. & infra. Apud quosdā Philosophos quicquid videtur alicui est verum.

Assignat rationem dictæ positionis. Ad cuius euidentiam sciendum est quod sicut dicit Philosophus in Quarto Meta. quidam Philosophi posuerunt verum esse in apparendo, ita.s. ꝙ quicquid videtur alicui est verum: adeo ꝙ etiam ponebant contradictoria simul esse vera, si diuersis ita videretur. hoc est ergo quod dicit, ꝙ, quia Democritus & Leucippus existimabant ꝙ verum erat in apparendo, & diuersis hominibus contraria apparent & infinita, vt ostendit multiplicitas opinionum quæ est inter homines: ideo induxerunt infinitas figuras in primis rerum principijs, vt ex his ratio accipi posset infinitarum opinionum. Et inde est ꝙ per transmutationem aliquam eius, quod venit in compositionem alicuius totius, contingit ꝙ idem alio modo videtur alij, & alij se habere. sicut propter diuersum situm, collum columbæ videtur esse alterius & alterius coloris. Et huiusmodi transmutatio situum fit per aliquod modicum quod superuenit: & vt vniuersaliter sit dicere, transmutato vno indiuisibilium corporum videtur aliud & aliud. Et ponit exemplum in sermonibus, quorum prima principia indiuisibilia sunt literæ, ex eisdem autem literis transmutatis s'm ordinem aut positionem fiunt diuersi sermones, puta comœdia, quę est sermo de rebus rusticanis: & tragœdia, quæ est sermo de bellicis rebus. Igitur sic apparet ratio, quare per variationem ordinis & positionis dicebat Democritus alterationem causari. Deinde cum dicit.

VATAB. *At cum generatio & corruptio diuersum quid esse omnibus fere videantur, & ea quæ sunt congregatione atque segregatione oriri ac occidere, & de mutatione affectuum alterari, de his contemplentur qui hoc instituti habent oportet. Hæc autem, & multas & quæ rationis fines non egrediuntur, dubitationes habent. Nam si generatio congregatio sit, multa ex eorum numero quæ fieri nequeunt, euenire solent. Sunt autem rursus aliæ rationes quæ vrgent, quæque haud facile solui possunt, quòd fieri non potest, vt quicquam aliter sese habeat, si generatio congregatio non sit, aut quòd omnino generatio non est, aut eadem alteratio est. Atque id (quanquam difficile) enitendum est soluere.*

ANT. *Quoniam autem videtur omnibus pene esse aliud generationem & alterationem (Generari quidem.n. & corrumpi congregata & disgregata: Alterari autem translatis passionibus.) de his scientibus consyderādum. A Quæstiones autem habent hæc & multas & rationabiles. Siquidem igitur generatio est congregatio: multa impossibilia contingunt. Sunt autem rursus rationes aliæ cogentes, & non habiles solui, quòd non contingit aliter se habere. Et. si non est generatio congregatio, aut vniuersaliter non est generatio: aut si est alteratio est. Aut si hoc difficile, dissoluere tentandum est.*

Inquirit veritatem huius opinionis, & primo ostendit difficultatem circa hæc existentem, secundo incipit inquirere veritatem. ibi {Principium autem.} Dicit ergo primo, ꝙ, quia iam penè abolitis opinionibus Priorum Naturalium, qui ponebant idem esse generationem & corruptionem & alterationem, omnibus ferè videbatur tunc temporis ꝙ aliud esset alteratio, & generatio: ita.s. ꝙ generatio esset per hoc ꝙ aliqua congregantur, & disgregantur: alteratio vero per hoc ꝙ B per aliquorum transmutationes diuersæ fiunt passiones: necesse est consyderare, vt de his sciatur veritas. Habent.n. hęc quęstiones multas, & rationabiles. quia, si generatio nihil est aliud quàm congregatio, multa impossibilia contingunt, vt infra patebit. Ex opposito autem multæ inueniuntur rationes, quæ videntur cogentes, & non de facili solubiles: quibus concluditur ꝙ non contingit aliter se habere, quàm ꝙ congregatio sit generatio, vel omnino non generatio: vel si est, ꝙ sit idem quod alteratio. Et quamuis hoc sit difficile soluere, debemus tamen tentare soluere hanc difficultatem. Deinde cum dicit. T. c. 9.

VATAB. *Principium autem horum omnium est, vtrum ea quæ sunt generentur hoc pacto, accrescant, alterenturque, & hisce contrarias subeant mutationes, magnitudinibus primis nullam diuisionem admittentibus, an nulla sit magnitudo indiuisibilis: hoc enim interest quamplurimum.* C *Et rursum, si magnitudines sint insectiles, vtrum hæ corpora sint, vt Democrito placet, atque Leucippo, an plana, vt in Timæo scribitur?*

ANT. T.c. 7. *Principium autem horum omnium, vtrum sic & generantur, & alterantur, augmentantur entia, & contraria his patiuntur primis magnitudinibus existentibus indiuisibilibus, aut nulla est indiuisibilis magnitudo. differt enim hoc multum. Et rursus, si magnitudines impartibiles sint, vtrum, vt Democritus & Leucippus, hæ corporeæ sunt, vt in Timæo, planities.*

Procedit ad soluendum prædictam difficultatem: & primo præmittit duas quæstiones, quæ necessariæ sunt ad soluendum prædictam difficultatem, Secundo eas prosequitur. ibi {Hoc quidem igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ principium ad soluendum omnia prædicta oportet accipere ad hoc ꝙ inquiratur primo, vtrum D entia naturalia sic generentur, & alterentur, & augmententur, & contrarijs motibus moueantur, ꝙ sint aliquæ primæ magnitudines indiuisibiles, vel nulla indiuisibilis: hoc enim multum confert ad propositum. Secundo autem oportet inquirere, si sunt aliquæ magnitudines indiuisibiles, vtrum illæ magnitudines sint corporeæ, sicut dixerunt Democritus & Leucippus, vel sicut planities, idest superficies, sicut Plato scripsit in Timæo. Deinde cum dicit.

VATAB. *Hoc igitur ipsum, fieri, inquam, dissolutionem ad plana vsque, cancellos egreditur rationis ad quod, alio quoq; loco iam diximus. Idcirco magis consentaneum rationi fuerit, corpora non posse diuidi. Verum & hæc quoque, perabsurda sunt sed tamen hisce alterationem generationemq;, vti dictum est, facere, conuersione & tactu atque*

figurarum

figurarum varietate permutando idem, contingit: quod sanè Democritus facit. Quocirca, non esse colorem asserit. nam res ipsas per conuersionem colore tingi censet. At illis, qui in plana diuisionem faciunt, minime. Nihil enim, planis compositis, præterquam solida, fit. quando nulla ex eis qualitas affectusue gigni potest.

ANT. Tertio de Cœlo tex. com. 6.

Hoc quidem igitur ipsum, vt in alijs diximus, inconueniens vsque ad plana dissoluere. Ideo magis rationabile corpora indiuisibilia esse. sed hæc quidem multam habent irrationabilitatem. sed tamen & his alterationem & generationem contingit facere, vt dictum est, conuersione, & contactu transmutantes idem, & figurarum differentijs: quod fecit Democritus. Ideo & colorem non inquiunt esse. conuersione enim colorari. His autem, qui in plana formas diuidunt non adhuc. nihil enim fit præter solida ex compositis. passionem enim non suscipiunt generari aliquam ex ipsis.

Tex. co. 6. & 29.

Prosequitur præmissas quæstiones. & primo prosequitur secundam, quam breuius pertransit: Secundo prosequitur primam. ibi { Habet autem quæstionem. } Circa primam duo facit. primo ostẽdit conuenientius posuisse (quantum ad ea quæ consyderantur in Scientia Naturali) Democritum quàm Platonem: Secundo causam huius assignat. ibi { Causa autem. } Dicit ergo primo, ꝙ sicut in Tertio de Cœlo dictum est, inconueniens est hoc ipsum, etiam secundum se consyderatum, ꝙ corpora naturalia resoluantur vsq; ad superficies: & ideo magis est rationabile ꝙ sint aliquæ magnitudines indiuisibiles, ex quibus corpora naturalia componuntur: & ꝙ huiusmodi magnitudines indiuisibiles sint corpora, quàm ꝙ sint superficies. quamuis & hoc ipsum multam irrationabilitatem habeat, s. ꝙ sint aliqua corpora indiuisibilia, ex quibus corpora naturalia componuntur, sicut patrum ostensum est in Libro de Cœlo. Sed tamen ideo est magis rationabile ponere corpora indiuisibilia quàm superficies: quia his, qui ponunt corpora indiuisibilia esse principia corporum naturalium, conuenit assignare causam generationis & alterationis: quæ quidem alteratio, sicut dictum est, transmutat vnum & aliud per quandam conuersionem corporum indiuisibilium, & per alium modum cõtactus secundum diuersum situm & ordinem: & etiam secundum differentiam figurarum, sicut ponebat Democritus assignans causam alterationis. Vnde Democritus ponebat quòd color & aliæ huiusmodi qualitates naturales, non sit aliquid habens esse fixum in natura: sed quòd videtur aliquid coloratũ per quandam conuersionem, i. per aliquam variationem corporum indiuisibilium secundum ordinem & situm. Manifestum est enim ꝙ quędam nobis apparent, quorum apparentia causatur ex aliquo modo reflexionis secundum ordinem situs: sicut forma quæ apparet in speculo, & sicut colores viridis, & huiusmodi. talia ergo existimabat esse Democritus omnes formas & qualitates rerum naturalium. & secundũ hoc, suppositis suis principiis, ex diuersitate positionis & ordinis causabat omnem diuersitatem alterationis. Sed Platonici, qui resoluebant corpora in superficies, non poterant assignare causam alicuius transmutationis formalis: quia ex superficiebus, quãdo componuntur adinuicem, nihil est rationabile fieri nisi solida. Cum. n. puncta, lineæ, & superficies puræ sint res mathematicæ, non possunt causare ex seipsis aliquam passionem naturalem. vnde, sicut ex punctis non fit nisi linea, & ex lineis non fit nisi superficies, ita ex superficiebus non potest causari nisi corpus. Sed nec ipsi Platonici conantur ad hoc, quòd ex mistione superficierum assignent causam alicuius passionis naturalis. Deinde cum dicit.

T. c. 73. li primo. Rõnabilius est pricipia ponere corpora indiuisibilia: vt Democ. ꝙ supficies: vt Plato.

Democriti placitũ tolerabilius.

Platonicorum intolerabilius.

VATAB.

Sed cur parum valeant quæ consentanea sint perspicere, causam habet ipsa experientiæ vacuitas. Quamobrem quotquot diutius circa rerum naturalium speculationem versati sunt, ij eiusdem principia, quæ inter se cohæreant consentiantque quamplurimum, supponere magis possunt. At qui è multis rationibus quænam veræ sint haud quaquam expendere consueuerunt, paucis inspectis facile pronunciant. Porro ex hisce perpendere etiam quis potest, quàm inter eos intersit, qui naturaliter, quiq; via rationali quãpiam exercent consyderationem. Nam de eo quod est magnitudines esse indiuisibiles nonnulli quidem inquiunt, quod ipsæ, idealisque triangulus, plures erit. At Democritus, rationibus proprijs, naturæque accommodatis persuasus esse profecto videbitur. Quod autem dicimus in progressu euadet apertum.

ANT. Inexpertẽtia Platonicos accusat

Te. c. 8. Ad pauca respicientes facile enunciant.

Causa autem, quare non potuerunt confessa videre, inexperientia fuit. Ideoq; quicunque magis insudauerunt naturalibus, magis possunt supponere talia principia: quibus multa possunt complicare. Qui autem ex multis sermonibus indocti existentium intuentes, ad pauca respicientes, facile enunciant. Videbit autem aliquis ex his quantum differunt qui Physice, et qui Logice intendunt. Qui. n. aiunt quòd indiuisibiles sint magnitudines, hi quidem inquiunt, quia autotrigonum multa erit. Democritus autem videtur proprijs & physicis sermonibus persuadere. Manifestũ aũt erit quod dicimus procedẽtibus.

Quõ Philosophia rerũ sensibilium experiẽtia conducat.

Assignat rationem quare circa hoc magis defecit Plato quàm Democritus: & dicit, ꝙ causa huius, ꝙ Plato minus potuit videre confessa, i. ea quę sunt omnibus manifesta, fuit inexperientia: quia, s. circa intelligibilia intentus, sensibilia non intendebat, circa quæ est experientia. Et ideo illi Philosophi, qui magis studuerunt circa res sensibiles & materiales, magis potuerunt adinuenire talia principia: quibus possent multa sensibilia adaptare. Sed Platonici, qui erant indocti existentiũ, i. circa entia naturalia & sensibilia, respicientes ad pauca sensibilium, quæ eis correspondebant ex multis sermonibus vel rationibus, i. ex multis, quæ in vniuersali, rationabiliter consyderabant, de facili enunciant, i. absq; diligenti perscrutatione sententiam proferunt de rebus sensibilibus. Potest tamen consyderari ex his, quę præ manibus habentur, ꝙ differunt in perscrutatione veritatis illi, qui consyderabant Physice, i. naturaliter, attendentes rebus sensibilibus, vt Democritus: & illi qui consyderabant logice, i. rationabiliter, attendentes communibus rationibus, sicut Platonici. Ad ostendendum enim ꝙ magnitudines aliquæ sunt indiuisibiles, Platonici logice procedentes, dicunt, ꝙ aliter sequeretur ꝙ autotrigonum, i. per se triangulus, hoc est idea trianguli, multa erit, i. in multos triangulos diuidetur: quod est inconueniẽs. Ponebat enim Plato omnium sensibilium esse quasdam ideas separatas, puta hominis, & æqui & similium: quas vocabat per se hominem, & per se æquum: quia, s. logice loquendo homo secundum ꝙ est species est præter materialia & indiuiduantia principia: ita ꝙ idea nihil habet nisi quod pertinet ad rationem speciei. & eadem ratione hęc ponebant in figuris. vnde ponebant ideam triangulorum sensibilium, quæ dicitur autotrigonum, esse indiuisibilem. alioquin sequeretur ꝙ diuideretur in multa, quod est contra rationem

Idea sensibilium & figurarum.

Quõ logice loquitur Plato.

tionem ideæ ad quam pertinet quod sit vnum præter multa. & ita non est inconueniens quòd sint multæ superficies triangulares indiuisibiles conformes ideæ. & eadem ratio est de aliis superficiebus. Sed Democritus videtur suadere quòd sint magnitudines indiuisibiles per rationes proprias & naturales, vt manifestum erit in sequentibus.

LECTIO. IIII.

Ea Democriti declaratur suæ sententiæ ratio, qua corpus omne ex indiuisibilibus componi opinatus est.

VATAB. *Nam res ipsa dubitationem habet, si quis corpus aliquod, magnitudinemq; omnino atq; omni ex parte diuisibilem esse statuat, atq; fieri posse, vt penitus diuidatur. quid.n.erit, quod effugiat diuisionem? Nam, si omni ex parte atq; omnino sit diuisibile, & ita diuidi queat, siue simul erit hoc omni ex parte diuisum (& si non simul di* B *uidatur) siue id fiat, nihil accidet impossibile.*

ANT. *Habet autem quæstionem, siquis ponat corpus aliquod esse, & magnitudinem omnino diuisibilem, & hoc possibile. quod diuisionem effugit? Si.n. omnino diuisibile, & possibile hoc passim, & simul erit hoc omnino diuisum (& si non simul diuidatur.) & si hoc fiat, nihil erit impossibile.*

Postquam Philosophus ostendit quod circa propositum opinio Democriti potior erat quam opinio Platonis, & ratio Democriti erat magis propria, ad hoc manifestandum inducit rationem Democriti. Et primo ponit eam, secundo soluit. ibi { Sed & hoc tentandum est soluere. } Circa primum duo facit. primo ponit rationem Democriti ad hoc impossibile ducentem, s. quod corpus sit omnino diuisum, i. quantumlibet diuidi potest: Secundo ostendit hoc esse impossibile. ibi { Quid C ergo erit. } Circa primum duo facit. Primo ponit rationem ad hoc impossibile ducentem, secundo manifestat necessitatem dictæ rationis. ibi { Quapropter & secundum medium. } Circa primum considerandum, quod oportet ponere corpus vel componi ex indiuisibilibus, vel esse diuisibile omnino, i. totaliter secundum quodcunq; signum. Et ideo Democritus ad ostendendum quod corpus sit cōpositum ex indiuisibilibus corporibus, conatur ostendere impossibile esse diuisibile esse corpus sensibile: puta quod lignum aut lapis sint diuisibilia omnino, i. secundum quodcunq; signum datum in corpore. Et ideo dicit quod siquis ponat corpus aliquod, puta sensibile: & magnitudinem quancunq;, puta superficiem, vel lineam, diuisibilem omnino, i. secūdum quodcunq; signum datum: & si ponatur hoc esse possibile, remanet quæstio, quid est id quod effugit diuisionem, i. quod remanet post diuisionem. Necesse est.n. quod diuiso quocunq; diuisibili, remaneant aliquæ partes diuisibiles, in quas sit diuisio. Ideo autem dicit Demo. hoc habere quæstionem: quia, si corpus sit omnino, i. secundum totum, diuisibile, & hoc sit possibile; consequēs erit quod nihil prohibeat corpus esse simul diuisum quantumcunq; diuidi potest, & si diuisio non fiat simul, sed successiue. sicut, si possibile est aliquem hominem peruenire ad aliquem locum, nihil prohibet eum peruenisse illuc, licet non simul, sed successiue perueniat. & si hoc ponatur, nullum impossibile debet sequi; possibili posito non sequitur aliquod impossibile secundum Philosophum Primo Priorum cap. Secundo & Septimo Physicorum. Deinde cum dicit.

Tex.c.8.

Rōnes Democ. pbantes corpus ex atomis componi.

Tex.c.9.

A *Igitur & secundum medium, haud secus. Et in summa, si omni ex parte ac omnino diuidi aptum sit, si diuidatur, nullum emerget, impossibile. quando ne vllum quidem oriatur impossibile si in decies millies dena milia diuisum sit quamuis forte nemo vnquam diuidet. Itaque, cum corpus ipsum omnino tale sit, diuidatur.* VATAB.

Quapropter & secundum medium similiter, & vniuersaliter si omnino natura est diuisibile, & si diuidatur, nullum erit impossibile nascens. Quoniam neq; si in mille milia diuisa fuerit magnitudo, nullum impossibile, & si nullus vtique diuidat. Quoniam ergo omnino tale corpus, diuidatur. ANT.

Manifestat necessitatem prædictæ rationis. si.n. ponatur aliquod corpus diuisibile per medium, & ponatur esse diuisum per medium, nullum sequitur inconueniens. Et hoc est quod dicit. Quapropter, quia posito possibili nullum sequitur impossibile, similiter erit si aliquid ponatur esse diuisibile, & diuisum secundum medium. & vniuersaliter, si corpus est natum esse diuisibile omnino, i. secundum quodcunq; signum: si diuidatur, i. ponatur esse diuisum, nullum erit impossibile nascens, i. ex hoc non debet impossibile nasci: quia neq; si aliquid est diuisibile in mille milia partium, & ponatur esse diuisum, nullum sequitur impossibile: & si nullo modo diuidatur actu. Et ita videtur quod aliquod corpus sit diuisibile in paucas partes, siue in multas, siue totales: & tamen non videtur sequi aliquod impossibile, si ponatur aliquid esse diuisum, inquantum est diuisibile. Quia igitur secundum ponentes corpus naturale non componi ex indiuisibilibus corporibus, & esse diuisibile etiam secundum totum, ponatur esse diuisum: sed hoc est impossibile: ergo & primum, scilicet quod sit diuisibile secundum totum: est ergo compositum ex indiuisibilibus. Deinde cum dicit.

Quid ergo erit reliquum? magnitudo? Id.n. fieri non potest. esset enim quippiam haud diuisum. at erat omni ex parte omnino; diuisibile. At vero, si nec corpus, nec magnitudo relinquatur, diuisio tamen sit, aut corpus ex punctis constabit & ea, ex quibus componitur, magnitudine, carebunt, aut nihil omnino erit. Quare siue factum ex nihilo, siue compositum sit, profecto totum ipsum nihil, præterquam apparens, erit. Similiter si ex punctis constari dicatur, quantum non erit. Nam cum vna in magnitudine sese tangunt, & magnitudo vna perpetuaque est, atque illa simul sunt, nihilo maius totum ipsum reddunt. quoniam, si totum in duo aut plura diuidatur, nihilo ipsum minus quàm prius euadit. Qua de re puncta etiam, si omnia coagmentata sint, nullam efficiunt magnitudinem. VATAB.

D *Quid ergo erit reliquum? magnitudo? non.n. est possibile. erit.n. quippiam non diuisum: erat autem omnino diuisibile. Sed si nullum erit corpus, neq; magnitudo diuisio autem erit, aut ex punctis, aut sine diuisione ea erunt, ex quibus compositum est aut nihil omnino. quapropter & generabitur ex nihilo, & si erit compositum: & omne vtique nihil, & non erit existens, sed apparens tantum. Similiter autem &, si erit ex punctis, non erit, quantum. quando enim tangebant se, & vna erat magnitudo, & simul erant, non faciebant maius omne. diuisione enim in duo vel plura, neque maius neque minus priore. Quapropter & si omnes componantur, nullam facient magnitudinem.* ANT.

Ostendit esse impossibile quod corpus sit totaliter diuisum ex hoc quod non est dare quid remaneat post diuisionem.

fionem. Primo ergo ostendit ꝙ non erit dare quid remaneat ex diuisione, quæ est principalis pars: Secundo ꝙ non erit dare quid remaneat, quod ex incidenti sit elapsum. ibi { Sed & si qua. } Dicit ergo primo, si corpus ponatur omnino esse diuisum, quærendum restat, quid erit reliquum, i. quod remanet post diuisionem. sicut videmus remanere in omni diuisione ea, in quæ diuisum resoluitur. Et primo ostēdit, ꝙ non remaneat magnitudo, hoc.n. est impossibile: sequeretur enim ꝙ adhuc remaneret diuisibile non diuisum. diceretur autem vel ꝙ magnitudo esset aliquid non diuisibile, vel corpus non omnino erat diuisibile: & ita oportet ꝙ id, quod remanet post diuisionem, nullo modo sit diuisibile. cum tamen supponatur ab aduersario ꝙ magnitudo sit omnino diuisibilis. Secundo concludit, ꝙ illud, quod remanet post diuisionem, neq; sit corpus, neque magnitudo, & tamen sit facta diuisio secundum totum, sicut dictū est, relinquitur autem ꝙ diuisio erit aut ex punctis, ita ꝙ corpus finaliter resoluatur in puncta, & per consequens ea ex quibus componitur erunt sine magnitudine: aut sequitur, quòd id quod est residuum post diuisionem sit omnino nihil.

Tertio ostendit hoc secundum esse impossibile: quia, cum vnumquodq; generetur ex his in quæ resoluitur: si ergo resoluatur in nihil: sequetur etiam ꝙ generetur ex nihilo; quod autem componitur ex nihilo nihil est, sequetur ergo, quòd corpus de quo agitur sit nihil, & etiam totum vniuersum eadem ratione; sed quicquid erit in rerum natura erit secundum apparentiam tantum, & non secundum existentiam.

Quod corpus nō resoluatur in puncta.

Quarto probatur primum præmissorum, s. ꝙ non fiat resolutio in puncta: quia similiter sequeretur ꝙ sit corpus compositum ex punctis; & ita vlterius sequeretur ꝙ non sit quantum ipsum corpus. Aut.n. esset quantum, quia corpus diuideretur, aut quia puncta tangerent se: prout duo extrema duarum linearum sunt simul. non secundo modo; quia ex hoc erat vna magnitudo continua, & sic simul erant omnia puncta & nondum distincta erant adinuicem, & non faciebant totum maius. Punctum.n. nihil est aliud quàm quædam diuisio partium lineæ. nec primo modo: quia ex hoc ꝙ aliquid diuiditur in duo vel in plura, non efficitur totum nec maius nec minus quàm prius fuerit: Ita.n. corpus magnum sicut paruum potest diuidi in duo vel plura: & sic patet ꝙ puncta nihil sunt aliud quàm diuisiones: & ꝙ non faciunt aliquid maius, vnde relinquitur ꝙ, si puncta componantur adinuicem, non faciunt aliquid maius, Sic igitur videtur esse impossibile ꝙ corpus sit omnino diuisum; quia nō potest assignari quid sit residuum diuisionis tanquam principalis pars corporis diuisi. Deinde cum dicit.

Punctum quid sit.

VATAB. *Verum enimuero, si quid tale inter diuidendum corpus, fiat, quale est ramentum illud quod excidit, dum quippiam serra secatur, atq; hoc pacto corpus aliquod è magnitudine abscedat, idem sermo recidit, quomodo nunquam diuisibile illud sit.*

ANT. *Sed & si quid diuiso corpore, quasi rasura serra fiat ex corpore: & sic magnitudine quidem corpus egrediatur, idem sermo illud autem quomodo diuisibile?*

Ostendit ꝙ non potest assignari quid residuum diuisionis tāquam aliquid quod elabitur. & Primo ostendit ꝙ tale aliquid non potest esse corpus, Secūdo ostendit ꝙ non potest esse quodcunq; incorporeum ibi { Si autem non est corpus. } Dicit ergo primo ꝙ, si diuiso totaliter corpore diuisio corporis fiat, ita ꝙ aliqua rasura secundum rem elabatur ex diuisione, præter principales partes in quas lignum diuiditur: & dicatur ꝙ ex magnitudine corporali totaliter diuisa egrediatur aliquod corpus, quasi residuum, sequeretur idem sensus qui & supra: quomodo, s. poterit substineri ꝙ illud corpus sit adhuc diuisibile, secundum ponentes corpus esse diuisibile: cum positum sit corpus naturale esse diuisum omnino. Deinde cum dicit.

VATAB. *Quod si id quod abscedere solet corpus non sit, sed forma quædam, affectusue separabilis, sitq; magnitudo ipsa, puncta vel tactus sic affecti, magnitudinem ex non magnitudinibus constare incongruum atq; abhorrens est. Adhæc, puncta ipsa siue à motu vacent, siue eundem subeant, vbinam erunt? vnus n. semper duorum quorundam tactus est, tanquam re quapiam alia præter tactum punctumq; atq; diuisionem existente. Si quis ergo quoduis aut quantumlibet corpus, esse omni ex parte atq; omnino diuisibile ponat, hæc accidunt vniuersa. Præterea, si lignum aut quippiam aliud, iam diuisum rursum componas, iterum æquabile pariter atq; vnum euadit. Igitur ad hunc modum res sese habet, vt patet, etiam si illud quolibet in puncto incidas. Potentia ergo, omni ex parte ac omnino diuiditur. Quid igitur, præter diuisionem erit? Nam si est affectio quædam, at quonam pacto dissoluuntur in hæc sitq; ex his, aut qualiter hæc separari queunt? Itaque si fieri nequeat vt magnitudines ex punctis aut tactibus constent, indiuisibilia sint corpora magnitudinesq; necesse est. At at vero & iis quoq; qui hæc astruunt, non minus accidit impossibile. de quibus quanquam alias fuit à nobis consyderatum.*

ANT. *Si autem non est corpus, sed species aliqua segregabilis, aut passio quidem quæ secessit. & est magnitudo puncti, vel tactus. hoc patientes inconueniens, ex non magnitudinibus magnitudinem esse. Amplius autem vbi erunt immobiles, aut mutati puncti? tactus n. semper est vnus duorum quorundam: quasi existente altero præter tactum, & diuisionem, & punctum Si vero quæ quis prædictorum ponet quodlibet, aut quantitatem, aut corpus omnino esse diuisibile, hæc contingunt. Amplius, si cum diuidero lignum, cōpono, aut quid aliud, æqualiter & vnum. Quapropter sic se habet, vt manifestum, quoniam & incido lignum secundum quodcunq; signum. Omnino igitur diuisum est potestate, quid ergo erit præter diuisionem? Si.n. & est aliqua passio: sed quomodo in hæc resoluuntur, & generantur ex his, aut quomodo separabuntur hæc? Quapropter, si est impossibile ex tactibus, aut ex punctis magnitudinem esse, necesse est corpora indiuisibilia esse, & magnitudines. Sed & hoc ponentibus non minus contingit impossibile. scrutatum est autem de his & in aliis.*

Ex nō magnitudine non fit magnitudo.

Ostēdit ꝙ huiusmodi residuum non potest esse aliquod incorporeum quodcunq; sit, & hoc tribus rationibus. Circa quarum primam dicit, ꝙ, si id quod ægreditur à magnitudine totaliter diuisa non sit corpus, sed aliqua species, i. forma segregabilis, i. separabilis à subiecto: aut etiam aliqua passio, sicut ponit Anaxa. passiones & habitus separari & misceri & se habet huiusmodi passio secedens à magnitudine per modum puncti, vel tactus. illi, qui hoc ponunt, patiuntur primo quidem hoc inconueniens, ꝙ magnitudo componatur ex non magnitudinibus; quod videtur incōueniens. Nam vnumquodq; constituitur ex rebus sui generis. Non.n. colores componuntur ex figuris, nec è conuerso. Secundam

Lineam cõponi ex pũctis dupliciter exponitur.

eundam rationem ponit. ibi { Amplius autem vbi. } Circa quam consyderandum est ꝙ lineam componi ex punctis potest exponi dupliciter. Primo modo ex punctis motis, sicut quidam dixerunt ꝙ punctus motus facit lineam, & linea mota cõstituit superficiem, & superficies mota corpus. Alio modo potest exponi ꝙ ex punctis etiam non motis constituatur magnitudo sicut ex partibus. vtrolibet autem modo magnitudo componatur ex punctis, oportebit assignare vbi sint puncta.i.quem situm habeant in magnitudine, est.n. assignare de singulis partibus ex quibus cõponitur magnitudo. sed hoc non potest assignari: quia punctus non potest assignari in magnitudine, nisi vt quidam tactus partium continui, vel diuisio partium lineæ iam diuisæ: tactus autem semper est vnus quorundam duorum: quæ,s. sunt partes magnitudinis habentes determinatum situm in magnitudine: quasi illud quod est pars magnitudinis habens determinatum situm inter partes eius sit aliquid præter ipsum tactum & diuisionem: & per consequens præter punctum. non ergo videtur esse possibile, ꝙ magnitudo diuidatur in puncta, vel tactus, aut diuisiones. si ergo aliquis ponat quodcunque corpus, aut quantamcunq; quantitatem esse omnino diuisibilem, cõtinget hoc inconueniens, quod nunc dictum est. Tertiam ponit. ibi { Amplius si cum diuidero. } Et dicit & postquã diuido lignum, & quodcunq: corpus aliud, & iterum ex eisdem partibus compono illud, fiet æquale & vnum corpus: quia, s. eæ sunt in quæ diuiditur, & ex quibus componitur. vnde videtur similiter se habere si diuido secundum quodcunq; signum, quod supra dixit, omnino vt. s. ex his in quæ diuiditur possit componi. Sit ergo lignum omnino diuisum potestate. i. omnia in quæ potest diuidi: quid igitur erit præter diuisionem? quia oportet omnem diuisionem ad aliquid terminari. si. n. dicatur ꝙ id quod est residuum diuisioni sit aliqua passio: sequeretur ꝙ corpus diuideretur in passiones: & ex consequenti generabitur ex eis, quod est impossibile: quia neq; substantia quantitas generatur ex passionibus. aut etiam quomodo est possibile ꝙ passiones sint separatæ: Vlterius autem concludit principale propositum dicens, ꝙ, si est impossibile ꝙ magnitudo componatur ex tactibus aut punctis, sicut prędictæ rationes concludunt, necesse est ponere ꝙ sint quædam corpora indiuisibilia, & quod sint quędam magnitudines indiuisibiles. quia, si corpus sit omnino diuisibile, sequeretur ꝙ componatur ex tactibus, vel ex punctis, vt ex dictis patet. Vlterius autem post rationem Democriti subiungit Aristot. ꝙ hoc ponentibus, s. esse corpora indiuisibilia non minus accidit impossibile: & hoc perscrutatum est in alijs, s. in Tertio libro de Cœlo.

T.c. 37.

LECTIO. V.

Proposita veritate, duæ contra illam adducuntur Democriti sententiæ, & soluuntur, ex quarum solutione rerum generationem aggregationem, corruptionem ex segregationem non esse deducit.

VATAB.

Tamen ea ipsa soluere eniti oportet quam ob rem iterum ab initio dicenda dubitatio est. Igitur omne corpus sensibile, quouis in puncto esse diuisibile, atque indiuisibile, nihil est absurdum. potentia siquidem diuisibile existit, actu indiuisibile.

ANT.

T.c. 9.

N est incõueniens oẽ corp⁹ sensibile eẽ diuisibile secundum potentiam nõ tamen secundum actũ.

Sed & hęc tentandum est soluere: ideo rursus à principio quæstionem dicere oportet. Omne quidem igitur corpus sensibile diuisibile esse secundum quodcunq; signum, & indiuisibile non est inconueniens. hoc.n. potestate, hoc autem endelechia existit.

Postquam Philosophus posuit rationem Demo. hic procedit ad eius solutionem. Et primo ponit de quo est intentio dicens ꝙ tentãdum est soluere prædictam dubitationẽ: & ideo vt melius soluatur, oportet à principio repetere quæstionem. Ostenso.n. breuiter in quo virtus quæstionis cõsistat facilius apparebit vbi debeat adhiberi solutio. Secundo. ibi { Omne quidem igitur. } Prosequitur intentum. Et primo ponit veritatem. Secundo ponit obiectiones Democ. contra veritatem. ibi { Esse autem potestate simul. } Tertio soluit { Quoniam autem latet. } Dicit ergo primo ꝙ non est inconueniens dicere vtrumq; horum, s. ꝙ omne corpus sensibile sit diuisibile secundum quodcunq; signum, vel ꝙ non sit diuisibile. Alterum.n. horum in potentia est verum, s. ꝙ corpus sit diuisibile secundum quodcunq; signum: alterum vero horum est verum secundum endelechiam, i. secundum actum, s. quòd corpus sensibile non sit diuisibile secundum quodcunque signum in actu. Deinde cum dicit.

VATAB.

At, vt simul sit omni ex parte potentia diuisibile, fieri non posse videatur. Nam si fieri possit, & fiat, haudquaquam ad huc fiet modum, vt simul ambo sit actu, indiuisibile inquam, atq; diuisum, sed quolibet in puncto diuisum. nihil igitur erit reliquum, atq; corpus ipsum corruptione abibit in incorporeum: & rursum, aut ex punctis, aut prorsus ex nihilo fiet. At id, qui fieri potest? At vero quòd in separabiles & subinde minores atq; inter se distantes separatasq; magnitudines diuidatur corpus, certum est. Itaque nec per partes diuidenti sectio quæ in minutula fit, infinita occurret. nec insuper continget, vt omni in signo (non.n. est possibile:) sed quadam tenus diuidatur. Indiuiduas igitur inesse magnitudines, quæ oculi aciem fugiant, necesse est, & præsertim, si generatio congregatione, & corruptio segregatione, fieri debeat. Quæ igitur ratio, magnitudines esse indiuisibiles necessario colligere videbatur, hæc est.

ANT.

Esse autem potestate simul omnino diuisibile impossibile videtur esse vtique. Si.n. possibile & fieret vtique, non vt sint simul actu ambo indiuisibile & diuisum, sed diuisum secundum quodcunq; signum. nullum igitur erit reliquum & in incorporeum erit corpus corruptum, & generabitur vtiq quidem rursus aut ex punctis, aut omnino ex nihilo: & hoc quomodo possibile? Sed quoniam diuiditur in semper diuisibilia & semper in minores magnitudines, & in se motas & disgregatas, manifestum. Neq; itaq; secundum partem diuidenti erit infinita fractura neque possibile est simul diuisum esse secundum omne signum: (non.n possibile omnino,) sed vsque ad quid. Necessarium est igitur indiuisibiles existere magnitudines. & indiuisibilia corpora. præsertim si & erit generatio & corruptio, hæc quidem segregatione, hæc autem congregatione. Cogens igitur sermo esse magnitudines indiuisibiles, hic est.

Duæ rõnes Democriti Prima rõ-

Ponit duas rationes Democriti contra veritatem. Circa quarum primam dicit, ꝙ secundum obiectionem Demo. videtur impossibile ꝙ corpus sensibile sit simul diuisibile in potẽtia omnino, s. secundum quodcunq; signum, sicut nuper dictum est. Credebat enim Democ. ꝙ quicquid esset simul in potentia posset esse

simul

Nō est Ari. hæc possibilitas quā ponit. S. T.

simul in actu: & argumentabatur sicut est possibile simul in potentia corpus sensibile omnino diuidi, ꝙ hoc heret in actu· non quidem ita ꝙ esset simul in potentia diuisibile, & actu diuisum, sed ꝙ esset simul diuisum actu secundum quodcunq; signum: sed hoc ostendebat esse impossibile. quia sicut ex supradictis patet, sequeretur ꝙ nil incorporeum esset residuum à diuisione, & ꝙ corpus corrumperetur in rem incorpoream, & ex consequenti ꝙ corpus generaretur ex aliquo incorporeo, aut ex punctis, aut omnino ex nihilo. sed hoc est impossibile: non ergo est possibile ꝙ corpus sensibile sit omnino diuisum simul: neq; ergo videtur possibile ꝙ sit omnino diuisibile in potentia. Sed, quia videmus ad sensum, ꝙ corpus sensibile diuiditur in partes adinuicem, & separabiles, vel etiam in partes diuisibiles, & maior magnitudo semper diuiditur in minores magnitudines, & totum coniunctum diuiditur in aliqua segregata & separata: manifestum est hoc ita se habere. Non ergo est possibile, neq; ꝙ fiat diuisio in infinitum s'm partem: ita ꝙ pars post partem à toto sensibili corpore separetur. neq; est possibile ꝙ corpus sensibile diuidatur simul secundum quodcunq; signum. neutrum.n.horum est positum: quia vtrobiq; videtur sequi prædictum inconueniens. Sed videtur ꝙ diuisio corporis possit procedere vsq; ad aliquem terminum. vnde sequitur quod necesse sit aliquas magnitudines esse indiuisibiles, & aliqua corpora indiuisibilia secundum Demo.

Secūda rō.

Secundam rationem ponit. ibi {Et aliter sic erit.} Et dicit ꝙ aliter etiam videtur esse necessarium esse corpora indiuisibilia, posito.s. ꝙ generatio sit per congregationem, & corruptio sit per segregationem. & hoc quidem necessarium erat ponere Democ.

Qua ratiōe Democ. ad hac inducebatur.

quia ponebat formas & naturas rerum determinari secundum positionem & ordinem. videmus autem ꝙ totum, cuius forma consistit in positione & ordine, sicut domus, non generatur nisi congregatione, neque corrumpitur nisi segregatione: & ideo, cum non sit possibile in principijs generationis & corruptionis procedere in infinitum: ponebat ꝙ essent aliqua principia prima, ex quibus corpora congregabantur, & in quæ segregabantur & huiusmodi dicebat esse corpora indiuisibilia. Deinde enim dicit.

Sed quod clanculo peruersa ratiocinatione vtatur & quatenus lateat, exponamus oportet. Nam, quia punctum puncto non heret, magnitudines partim sunt & partim non sunt omni ex parte diuisibiles. Sed cum hoc positum assertumq; est punctum vbius ac omni in parte videtur esse. ita vt in puncta diuidi magnitudinem sit necesse. quippe cum omni in parte punctum sit quo fit, vt ea vel tactibus vel punctis constet. At omni in parte diuisibilis est, quia vbi vbi vnum est, & oīa vt singulū quodque. Vno autem plura non sunt: non enim sunt deinceps. Quare, non omni in parte diuisibilis est. nam, si per medium diuisibilis sit, & per punctum adhærens erit, diuisibilis. At id haud quaquam fit. siquidem, nec signum signo, nec punctum puncto hæret. Hoc autem est diuisio & compositio. Quare tam congregatio quàm segregatio est sed non ex insectilibus, & in insectilia. complura enim inde emergunt absurda, nec hoc pacto vt omni ex parte fiat diuisio (id enim eueniret, si punctum puncto hæreret:) sed segregatio in parua & minora, & congregatio ex minoribus fit.

VATAB. *Quoniam autem latet paralogizans, & quomodo latet dicamus. Quoniam.n.non est punctum puncto vndiq;*

E *contiguus, omnino esse diuisibile inest quidem aliquo modo magnitudinibus, aliquo autem modo non inest. Videtur autem quando hoc ponitur, & vndiq & vbique esse punctu: quapropter necesse diuidi magnitudinem in puncta. vbique.n.est punctum, quapropter aut ex tactibus, aut ex punctis esse. Hoc autem est quod existit vbique, quoniam vna vtiq; & omnis, & vnusquisq,: plures autem vna non sunt, consequenter.n.non sunt: quapropter non vbiq;. Si.n.secundum medium diuisibile: & secundum contiguum punctum erit diuisibile: non autem possibile. Non.n.est contiguum signum signo, aut punctum puncto· hoc enim est diuisio, aut compositio. Quapropter est congregatio aut disgregatio, sed neq; in atoma, & ex atomis (multa enim impossibilia contingunt neque itaq; vt diuisio fiat vbiq;. si enim esset contiguum punctum puncto hoc vtiq; esset:) Sed in parua & minima est congregatio, & segregatio ex minimis.*

Alias diuidi in nihil.

F Soluit prædictas rationes. Et primo primam, Secundo secundam. ibi {Sed non simplex.} Circa primum ostensum est, ꝙ tota virtus rationis Democriti in hoc consistit, ꝙ, si corpus sensibile omnino est simul diuisibile in potentia, ꝙ sit simul omnino in actu: sed hæc consequētia non tenet in omnibus Quædā.n.sunt, de quorum ratione est esse in potentia: vnde in talibus non potest poni esse simul in actu, quod est simul in potentia: quia tolletur ratio & natura illius rei: quod quidem primo manifestum est in successiuis. In prima.n. parte diei simul possibile est esse horas diei: non tamen potest poni ꝙ omnes horæ illius diei sint simul actu. aufertur.n.natura temporis: de cuius ratione est ꝙ sit numerus motus secundum prius & posterius: si.n.esset simul quælibet pars eius: iam non esset secundum prius & posterius. Secundo apparet hoc in permanen-

Solō primæ. Introductio læ pulcherrima.

G tibus. De substantia.n.aeris est materia, quæ est in potentia ad omnes formas: tamen non potest poni ꝙ ex aere sit generatum quicquid est possibile ex eo generari: quia tolleretur natura materiæ, quæ semper est in potentia ad omnes formas. Sic igitur contra rationem magnitudinis, puta lineæ est, ꝙ sit simul omnino actu diuisa. vnde non sequitur, si est simul omnino diuisibilis in potentia, ꝙ possit poni simul omnino actu diuisa. Quod hoc sit contra rationem lineæ patet. nam diuisio lineæ in actu nihil aliud est quàm punctum in actu esse: si ergo esset simul omnino in actu diuisa, oporteret ꝙ punctum esset vbiq; in actu in linea, & ita oporteret ꝙ puncta essent contigua, vel consequenter se habentia in linea: hoc autem non potest esse. quia, cum puncta sint indiuisibilia, multorum punctorum contiguorum vnum non excederet aliud: quia vnum tangeret aliud secundum se totum, & ita omnes puncti non

H essent nisi vnus punctus. Non ergo potest esse ꝙ puncti sint vbiq; in actu per lineam, & ita contra rationem lineæ est ꝙ sit simul tota diuisa in actu. Et ita non sequitur ꝙ si sit simul diuisibilis omnino in potentia, ꝙ possit poni omnino esse diuisa in actu. Dicit ergo primo Philosopus ꝙ Democ. latet paralogizans, i. facit paralogismum latentem. & dicit quomodo lateat eius defectus. Quia.n.punctum puncto non potest esse contiguum, & per consequens non potest esse ꝙ linea sit omnino diuisa in actu. & ita esse diuisibile vbique licet aliquo modo conueniat magnitudinibus, s. in potentia: tamen quodammodo non conuenit eis, s. in actu. quia, quando ponitur vbiq; esse diuisa in actu, videtur poni ex consequenti ꝙ vbique sit punctum cum punctus in actu

Pũctum in actu est diuisio lineæ.

actu nihil aliud est q̃ actu diuisio lineæ. Si autem pun- A ctu est vbiq; in linea necesse est ꝙ magnitudo diuidatur in puncta: cum nihil aliud in magnitudine inueniatur. vel etiam (s̃m aliam literam) ꝙ diuidatur in nihil quia nihil erit residuum præter diuisionem, si vbiq; sit punctum, quod est diuisio. Et ideo sequitur ꝙ magnitudo vel sit ex punctis, vel ex tactibus partium lineæ, siue diuisionibus lineæ. quod in idem redit. Ponitur. n. secundum prędicta, ꝙ hoc, quod existit in linea, sit punctum, vel tactus, aut diuisio, si linea sit omnino simul diuisa. sed hoc non potest esse: quia sequeretur ꝙ solum vnum punctum esset vbique, i. in qualibet parte lineæ, & ꝙ omnes partes lineæ non plus continerent de situ quàm vnusquisque eorum: immo ꝙ non essent plures quàm vnus, vel plures diuisiones q̃ vna. Non. n. possunt se habere consequenter, ita ꝙ vnum punctum sit post aliud: neq; ꝙ se tangant secundum vltima tantum, & se- B cundum alia secernantur: quia cum sint indiuisibiles, secundum totum coniunguntur: & omnino omnes puncti coniuncti non sunt nisi vnus: & ideo non est possibile ꝙ sit vbiq; per lineam. quia si linea esset diuisibilis secundum totum sui, & punctus esset cõtiguus puncto, posset etiam diuidi secundum contiguum punctum: si esset omnino diuisibilis. sed hoc est impossibile: quia non est contiguum vel habitum, i. consequenter se habens punctum puncto: vel quodcunq; signum signo. hoc autem punctum in actu nihil aliud est quàm actualis diuisio lineæ, aut compositio, siue tactus partium lineæ. vnde concedendum est, ꝙ in corporibus sensibilibus inuenitur congregatio & disgregatio: non tamen

T.c. 7. & 8.

indiuisibilium corporum, aut ex indiuisibilibus: multa enim impossibilia sequerentur, vt in Tertio de Cœlo dictum est. Neq; ita ꝙ diuisio actualis lineæ fiat vbiq;. hoc. n. contingeret si punctus esset contiguus puncto: C quod est impossibile, vt ex dictis patet: sed segregatio corporum est in aliqua parua & minora, congregatio vero est ex aliquibus paruis & minoribus, non autem ex minimis: quæ oportet esse indiuisibilia. Deinde cum dicit.

VATAB.

At simplex perfectaque generatio, congregatione & segregatione definita non est, quemadmodum nonnullis placet: qui & eam quæ in continuo fit mutationem, alterationem esse asserunt. Verum id ipsum est, in quo prorsus errant. non enim generatio simplex atque corruptio, congregatione segregationeue fit, sed cum ex hoc in hoc mutatio fit. Alij vero, omnem eiusmodi mutationem, alterationem esse putant. At in hoc, discrimen subit. nam hac ratione, illa materia, in subiecto existit. Igitur cum in hisce fuerit mutatio, generatio erit vel corruptio: cum in affectibus & ijs, quæ per accidens alicui D competunt, alteratio.

ANT. T.c. 10.

Sed non simplex & perfecta generatio congregatione & segregatione determinata est, vt quidam inquiunt: eam vero, quæ in continuo in continuo est, transmutationem, alterationem. Sed hoc est in quo errant omnia est enim generatio simplex & corruptio non congregatione & separatione, sed quando transmutatur hoc in hoc totum. Alij autem existimant alterationem esse omnem talem transmutationem. in hoc autem differunt. in subiecto hoc quidem est secundum rationem, hoc autem secundum materiam. Quando quidem igitur in his transmutatio fuerit generatio erit & corruptio: quando autem in passionibus & secundum accidens, alteratio.

Generatio & alteratio quõ sint alteratio.

Solutio secunda.

A Soluit secundam rationem Demo. per interemptionem. Et primo interimit generationem simplicem & corruptionem esse congregationem & segregationem, vt Democ. existimabat, Secundo ostendit consequenter ad quid potest verificari dictum Democ. ibi. { Segregata autem. } Dicit ergo primo: quòd non est ita dicendum, sicut quidam dixerunt, ꝙ simpliciter & perfecta generatio fiat per congregationem, corruptio autem per segregationem: & quòd omnis transmutatio, quæ fit in aliquo permanente, scilicet non congregatam nec segregato, sit alteratio. Credebant enim hoc accidere in rebus naturalibus, sicut accidit in domo, vel naui, & in huiusmodi: quorum forma constat in compositione vel ordine. non enim fiunt nisi per congregationem partium, neque corrumpuntur nisi per segregationem: quæcunque autem alia transmutatio acci- B dit præter solutionem continui, alteratio est. Hoc ergo est ex quo procedit tota fallacia. Est enim generatio & corruptio in rebus naturalibus, quorum forma non est positio & ordo, non quidem per congregationem & segregationem, sed quia fit transmutatio ex hoc toto, i. non dissoluto in partes, in hoc totum, quasi non congregatum ex aliquibus partibus. Sed Antiqui philosophi putabant omnem talem transmutationem, quæ fit aliquo toto integro manente, esse alterationem: quod quidem non est verum. quandoque enim potest esse simplex generatio, & quandoque alteratio. sed in hoc differunt: quia in subiecto aliquo est hoc quidem secundum rationem, idest secundum formam, hoc autem secundum materiam. nam corpus naturale actu existens compositum est ex materia & forma. quando igitur est transmutatum secundum materiam & formam, secundum ita scilicet quòd materia accipiat a- C liam formam substantialem, erit simplex generatio & corruptio: quando autem est transmutatio secundum accidentia & passionem, erit alteratio. Deinde cum dicit.

Generatio qualiter fit.

Transmutatio s̃m subiectum est gñatio vel corruptio: s̃m accidentia vero alteratio.

VATAB.

Sed quæ congregantur, ægre, quæ vero segregantur facile corruptioni redduntur obnoxia. Nam, si aqua in minores aquę particulas, sit discerpta. in aerem ocyus mutari solet: si vero collecta sit, segnius. quod in hisce quæ posterius dicentur, apertius fiet. Nunc vero sit hactenus definitum, fieri non posse, vt generatio sit eiusmodi congregatio, qualem Nonnulli esse asserunt.

ANT.

Segregatio & cogregatio faciũt rẽ esse velocioris aut tardioris corruptionis.

Segregata autem & congregata leuiter corruptibilia sunt. Si enim in paruißimas aquas aqua diuidatur, citius aer generatur: si autem congregetur tardius. magis autem hoc erit manifestum in sequentibus, nunc autem tantum determinatum sit, quoniam impoßibile est gene- D rationem esse congregationem, qualem quidam inquiunt.

Ostendit quantum ad quid verificetur dictum Democ. Manifestum est enim quòd aliqua ex hoc ꝙ sunt congregata, vel segregata, redduntur leuius vel difficilius corruptibilia vel mutabilia. si enim aqua diuidatur in paruissimas partes, minus poterit resistere actioni contrarij agentis, & ita citius ex aqua generabitur aer: si vero congregabitur multum de aqua, magis resistet agenti: & sic tardius corrumpetur, vt exinde possit generari aer. & hoc manifestum erit in sequentibus. Vltimo autem epilogando dicit, nunc intantum esse determinatum quòd impossibile est generationem esse congregationem, qualem quidam inquiunt, scilicet ex corporibus indiuisibilibus.

LECTIO VI.

Generatio simpliciter an sit; & quomodo ipsa ex ente vel non ente fieri contingat, obijciendo & soluendo inquiritur.

VATAB. *His autem determinatis pertractatisque, primo contemplari oportet, vtrum simpliciter quippiam an proprie nihil generetur, corrumpaturue, semper autem ex quodam quidam fiat. vt ex ægro sanum, & ex sano ægrum, aut pusillum è magno, & magnum è pusillo, & reliqua omnia ad hunc modum. Nam, si generatio simpliciter sit, quippiam profectò è non ente simpliciter absoluteque fiet.*

ANT. T. c. 21.

Qō an aliquid simpliciter generetur aut corrumpatur.

DEterminatis autem his, primo videndum est, vtrum generatur aliquid simpliciter & corrumpitur, an propriè quidem nihil, semper autem ex aliquo est aliquid. dico autem puta ex laborante sanum. aut laborans ex sano, aut paruum ex magno aut magnum ex paruo, & alia omnia fieri hoc modo. Si enim simpliciter erit generatio, simpliciter quidem quid generabitur ex non ente.

Postquam Philosophus determinauit de generatione & alteratione secundum opiniones aliorum, hic incipit inquirere de eis secundum opinionem propriam. Et primo inquirit, vtrum sit aliqua simplex generatio, secundum quam aliquid dicitur simpliciter generari: Secundo de differentia alterationis ad simplicem generationem. ibi { De generatione autem & alteratione. }

Lect. 23. Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, dicens q; post determinationem prædictorum in considerationem veritatis, primo occurrit videndum, vtrum aliquid generetur vel corrumpatur simpliciter vel propriè. Propriè quidem & simpliciter, siue principaliter nihil generatur vel corrumpitur, sed semper generatur aliquid ex aliquo & in aliquid: quod videtur pertinere ad generationem vel corruptione secundum quid. & inducit exemplum, puta cum ex laborante fit sanum: non enim fit sanum simpliciter, quia & prius erat, sed fit aliquid, idest sanum, cum prius non esset sanum, sed laborans, idest infirmum. Et eadem ratio est cum fit aliquid laborans ex sano, vel paruum ex magno, aut è conuerso: & sic de omnibus aliis, quæ hoc modo dicuntur, huiusmodi enim generatio inuenitur in omni genere mobilium. Secundo ibi. { Si enim simpliciter. } exequitur propositum. Et primo proponit dubitationem, Secundo soluit eam. ibi. { De his quidem. } Tertio obijcit cōtra solutionem. ibi. { Quod autem ex his determinatis. } Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem, Secundo excludit quandam responsionem. ibi { Simpliciter autem. } Circa primum tria facit. Primo proponit quandam consequentiam dicens, quòd, si sit aliqua generatio simpliciter, sequitur quòd aliquid generabitur ex simpliciter non ente. Secundo cum dicit.

VATAB. *Quare verum erit dicere, quibusdam non ens competere. quippe cum generatio quadam è quodam non ente, ceu è non albo vel non bono fiat. at simplex generatio è non ente simpliciter fit.*

ANT. *Quapropter verum erit dicere quòd existit quibusdam non ens. Quadam enim generatio est ex non ente aliquo, puta vt ex non albo album, aut ex non bono bonum. simpliciter autem ex simpliciter non ente.*

Ostendit consequens esse impossibile. Illud enim, ex quo aliquid generatur, potest dici illud: sicut, quia ex ligno generatur archa, potest dici q; lignum est archa. si ergo ex non ente simpliciter generatur ens, verum erit dicere q; non ens existit, i. est ens: quod est contradictoria esse simul vera, sic ergo videtur & antecedens impossibile, s. q; aliquid generetur simpliciter ex non ente. Sequitur autem hoc inconueniens, si dicatur ex non ente simpliciter fieri aliquid: sicut ex subiecto non permanenti, non autem sequitur, si ponatur ex non ente fieri aliquid simpliciter ordine tantum, i. post non ens fit ens. sed Aristo. hoc disputatiue obijcit. Tertio ibi. { Quædam enim generatio. } Ostendit necessitatem primæ consequentiæ. sicut enim se habet generatio quædam ad non ens aliquod, sic se habet generatio simpliciter ad non ens simpliciter: sed generatio quædam, i. secundum quam aliquid dicitur secundum quid generari, est ex non ente quodam, puta ex non albo, cum fit aliquid album, aut ex non bono, cum fit aliquid bonum: ergo simpliciter generatio, secundum quam aliquid generari simpliciter dicitur, erit simpliciter ex non ente. Deinde cum dicit.

Notādum cōsequētiā Ari. no valere si ex ordine tm̄ fit ens ex non ente.

VATAB. *Porro simpliciter absoluteque non ens aut id quod ex omnibus entis prædicamentis primum est, aut quod est vniuersale, & cuncta ambit, continetque, significat. Igitur si primum, è non substantia erit substantiæ generatio. At cui substantia non competit, nec ei cæterorum prædicamentorum vllum, veluti qualitatem, quantitatem aut vbi competere posse palam est. nam alioqui, affectus ipsi à substantia separari possent. Quod si ita res habeat, omnino ipsum non ens, uniuersaliter omnium erit ab negatio. quare id quod generatur, ex nihilo gignatur erit necesse.*

ANT. *Simpliciter autem non ens, aut primum significat secundum vnumquodque prædicamentorum entis, aut vniuersale est, & omnia comprehendens. Siquidem primum, substantiæ generatio erit ex non substantia. Cum enim non existit substantia, manifestum est quoniam neque hoc, neque aliorum vllum prædicamentorum, puta neque quale, neque quantum, neque vbi: separatæ enim essent per se passionem à substantijs. Si autem non ens vniuersaliter, negatio vniuersaliter erit omnium: quapropter ex nihi necesse est generari generatum.*

Excludit quandam solutionem, quæ possit dici distinguendo ens simpliciter. Vnde primo ponit ipsam distinctionem dicens q; simpliciter ens potest intelligi dupliciter. Primo modo vt significat id, quod est primum inter omnia prædicamenta entis, prout simpliciter ens dicitur substantia. Alio modo secundum q; ipsum simpliciter ens dicitur vniuersale, quod omnia prædicamenta comprehendit. & hoc modo simpliciter non ens potest dici vel quod non est substātia, vel quod nullo modo est ens. Secundo ibi. { Siquidem primum. } Ostendit q; secundum vtrunque sensum sequitur inconueniens, si enim simpliciter dicatur primum ens, quod est substantia: ergo & simpliciter non ens dicetur non substantia, si ergo simpliciter hoc generatio requirit q; sit simpliciter entis ex simpliciter non ente, sequeretur q; sit substantia ex non substantia. sed, quando ponitur non esse substantiam, neque hoc, quod est demonstratiuum indiuisibilis substantiæ, manifestum est quòd nullum aliorum prædicamentorum remanebit, i. neque quale, neque quantum, neque vbi: quia sequeretur q; passiones, i. accidentia separarentur ab his quod est impossibile. Si autem dicatur quòd id, ex quo aliquid generatur simpliciter, dicitur ens commune: sequeretur quòd per hoc quod dicitur non ens, intelligatur vniuersaliter negatio omnium entium. vnde seque-

Ens significat aliqñ qd dā cōe oib' pdicamentis, aliqñ autem primū pdicamētorū, s. subam, ita e contrario nihil siue non ens.

Per se passiones a substantia separari est impossibile.

de sequeretur quod generatur simpliciter generaretur A penitus ex non ente: quod est contra sententias omnium Philosophorum naturalium, qui, s. de generatione naturali locuti sunt. Deinde cum dicit.

VATAB.

Sed de hisce in alijs libris latius addubitatum, simul atque definitum fuit. verum compendiose in præsentia quoq; dicamus oportet, è non ente simpliciter aliquo modo fieri generationem, & alio, ex ente semper. nanque ens potentia, sed actu non ens præexistat est necesse. quod sane, vt patet, vtroque dicitur modo.

ANT.

Generatio simpl'r ex non ente in actu, ex ente aūt in potētia. idem primo Phy si. t. c. 78. & 79.

De his quidem & in alijs dictum est, & determinatum sermonibus amplius. Breuiter autem & nunc dicendum, quoniam modo quidem aliquo ex non ente simpliciter generatur, modo autem alio ex ente semper. potestate enim est ens, actu autem non ens, necesse est quod dicitur præexistere vtroque modo.

Soluit prædictam dubitationem: & dicit, quod de ista B materia etiam in alijs libris, s. in Libro Phy. amplius, i diffusius. & dubitationes positæ sunt & determinationes. & ideo nunc breuius est dicendum, quod simpliciter generatur aliquid ex non ente quodammodo & ex ente. oportet. n. quod præexistit generationi esse potentia ens, non autem actu ens. Et ita verum est, quod dicitur vtroque modo, s. quod generatio simpliciter fit ex ente, & ex non ente. Deinde cum dicit.

VATAB.

Determinatis autem hisce, id rursum exacte disquiramus oportet, quod miram habet ambiguitatem, quonam inquam pacto generatio simplex sit siue ex ente potentia, siue etiam, alio quouis modo fiat.

ANT. T. c. 22.

Quod autem ex his determinatis habet mirabilem quæstionem, rursus tentandum, quomodo est substantiæ simplex generatio, siue ex potestate ente, siue alio quopiam modo.

Obijcit contra prædictam solutionem. Et circa hoc C tria facit. Primo ponit obiectionem, Secundo huius occasione introducit aliam questionem, & soluit eam. ibi. {De his autem quantum.} Tertio soluit dubitationem prædictam. ibi {Propter quid.} Circa primum tria facit. Primo dicit de quo est intentio: & dicit, quod, quia etiam post prædictam determinationem, insurgit adhoc mirabilis dubitatio, rursus oportet tentare quomodo simpliciter generatio sit, siue ex ente in potētia, siue qualiter sit alio modo. Secundo ibi.

T. c. 23. T. c. 18.

VATAB.

Dubitauerit nanque quispiam, vtrum substantiæ ac rei huiusce, sed non qualitatis, quantitatis, aut vbi, generatio sit. eodem modo & de corruptione.

ANT.

Quæret enim quis, an est substantiæ generatio, & huius, sed non quanti, & qualis, & vbi. eodem vtique modo & de corruptione quæritur.

Quō an tantum substātia generetur.

Mouet quandam quæstionem, vtrum, s. generatio D simplex sit tantum substantiæ, & huius, i. indiuidui in genere substantiæ, non autem sit quanti, neque qualis, neque vbi, & aliorum prædicamentorum, quæ non sunt simpliciter entia. & eadem quæstio potest fieri de corruptione. Et hoc est supponendum pro certo, quod generatio & corruptio simplex sit solius substantiæ.

Notādum.

Tertio ibi.

VATAB.

Nam si quid oriatur, quandam potentia, non actu, substantiam esse, dilucidum est, ex qua fiat generatio, & in quam id mutari necesse sit, quod corruptionem subit. Vtrum igitur ex cæteris quæ actu sunt, quippiam huic competet? vtrum, inquam, id, quod potentia duntaxat hoc aliquid atque ens est, simpliciter autem neque hoc aliquid, neque ens, quantitas erit, aut qualitas, aut vbi? A nam si actu nihil sit, sed omnia potentia, eueniet & id quod ita est, non ens esse separabile, & insuper (id quod semper maxime sunt veriti, qui Primi in Philosophia versati sunt) nihilo præexistente quippiam gigni. Quod si verum non sit, hoc quidem substantiam & hoc aliquid esse, sed è cæteris prædicamentis aliquid continget (vt iam diximus) affectus ipsos à substantijs posse separari.

ANT.

Si enim quid generabitur, manifestum est quòd erit substantia aliqua potestate, actu autem non ex qua generatio erit, & in quam necesse est, transmutari quod corrumpitur. Vtrum quidem igitur existit quid aliorum actu? dico autem, puta aut erit quantum, aut quale, aut vbi, aut vero potestate ens, & hoc ens: simpliciter autem neque ens, neque hoc ens. Si enim nihil, sed omnia potestate: & separatum, contingit quòd sit non ens. Et amplius quod maxime timentes erant primi philosophantes, ex nullo generari præexistente. Si autem hoc quidem B esset hoc aliquid & substantia non existit, aliorum autem prædicamentorum quid erunt, quemadmodum diximus, separatæ passiones à substantijs.

Prosequitur dubitationem: & dicit, quod, si non generatur simpliciter nisi quid, idest existens in genere substantiæ: & id, ex quo generatur aliquid, est potentia ens, sicut dictum est, & non actu: sequitur, quod id, ex quo generatur substantia, & in quod transmutatur, quando corrumpitur, sit substantia, in potentia, non autem actu. Restat ergo quærēdum, vtrum sit in actu aliquod aliud prædicamentorum, puta quantum, vel quale, aut vbi, quodcunque aliud prędicamentorum, cum tamen sit in potentia ens hoc, idest substantia, quæ est ens simpliciter: ita tamen quòd non sit simpliciter, idest in actu, neq; hoc, i. neq; substantia, neque ens. Quæcun- C que autem pars dubitationis detur sequitur inconueniens. Si enim nihil aliorum est in actu, sed sunt in potentia omnia genera prædicamentorum: sequitur primo, quod non ens sit separatum, idest quod materia, quæ est in potentia, subiecta sit priuationi, quæ est non ens absque omni forma. Secundo sequitur id quod maxime timuerunt Primi philosophi, quod aliquid generetur ex nullo præeistente. Quod enim non est ens actu, nihil est. Si vero ponatur quod id ex quo generatur substantia non sit hoc aliquid, i. indiuiduum in genere substantię, neque sit substantia in actu, sed sit in actu aliquod aliorum prædicamentorum, sequitur inconueniens, quod prius induximus, quod, s. passiones & accidētia separentur à substantijs: quod est manifeste impossibile. sic igitur videtur quod non possit esse generatio simpliciter hoc modo: quod substantia generetur ex non ente actu, ente autem in potentia, vt prædicta solutio dicebat.

Primo Physico. t. c. 34.

D

LECTIO. VII.

Quænam sit causa perpetuitatis generationis & corruptionis simpliciter inquiritur, & veris causis sermonis, præpositis vera, ac Philosopho digna redditur.

VATAB.

De hisce igitur quoad fieri potest, & quęnam sit causa, cur generatio tam quæ simpliciter, quam quæ secundum partem sit semper sit, differendum est. Sed cum vna quidem causa sit, vnde motus esse principium dicimus, altera vero ipsa materies, de tali causa dicamus oportet. Nam de illa quidem prius est dictum, cum de motu ageremus, esse, inquam, aliud, quod omni tempore perdurat immobile, & aliud, quod in motu semper est. Sed de principio illo, quod mutationi non est obnoxium, Primæ Philosophiæ

losophiæ est determinare ac pertractare. At de eo, quod cætera iccirco mouet, quia continue moueatur, quidnam eorum quæ singularia vocantur eiusmodi causa sit, posterius erit aßignandum, nunc autem eam, quæ velut in materiæ specie sita est, causam, per quam generatio & corruptio nunquam natura deficiunt, dicamus oportet. Nam simul forsitan & hoc emerget, & id quo de nuper, dubitauimus, quonam, inquam, pacto de generatione & corruptione simplici dicere conueniat.

ANT. T. c. 13. T. c. 14.

De his autem quantum fieri potest tractandum, & quæ causa, quare generatio semper sit, & quæ simpliciter, & quæ secundum partem. Existente autem causa, vna quidem, vnde principium motus dicimus esse, vna autem materia, talem autem causam dicere oportet de illa. n. dictum est prius in de motu sermonibus, quod hoc quidem immobile est per omne tempus, hoc autem mouetur semper. Horum autem de immobili principio quidem diuidere alterius philosophiæ est opus. De eo autem, quod iccirco alia mouet, quia continue mouetur, postea aßignandum est quænam sit talis causa singularium dictorum.

T. c. 15.

Nunc autem vt in materiæ specie positam causam dicamus, propter quam semper generatio & corruptio non deserunt naturam. simul. n. forsitan fiet & hoc manifestum & de nunc quæsito, quomodo oporteat dicere, & quomodo de simplici generatione & corruptione.

Postquam Aristote. contra præmissam solutionem obiecit, hic introducit aliam quæstionem, per cuius solutionem soluitur prædicta obiectio. Et circa hoc duo facit. Primo introducit quæstionem & soluit eam, Secundo ex eius solutione procedit ad soluendum quæstionem principaliter intentam. ibi { Propter quid autem. } Circa primum tria facit. Primo proponit quæstionem, Secundo prosequitur eam. ibi { Habet autem quæstionem. } Tertio soluit eam. ibi. { Quocirca propter huiusmodi. } Circa primum duo facit. Primo introducit quæstionem. Dicit. n. ꝙ de his, s. dubitatione præmissa, tractandum est, quoniam conuenit proposito. & vt melius declaretur inquirendum est, quæ est causa ꝙ generatio sit semper, & illa quæ est simpliciter, & illa quæ est secundum partem, i. secundum quid. Oportet enim ponenti mundum perpetuum & motum, ponere etiam generationem perpetuam. Quod autem necessitatis habeant rationes Arist. circa perpetuitatem mundi, manifestauimus in. 8 Physic. Secundo exponit introductam quæstionem, & dicit, ꝙ causa perpetuitatis generationis, vna quidem accipi potest, quæ dicitur vnde est principium motus, i. causa mouens vel efficiens: alia causa potest accipi, quæ est materia: & talis nunc asignanda est, s. materialis: de causa. n. mouēte dictum est prius in sermonibus de Motu. i. in Octauo Physic. ibi. n. dictum est ꝙ est quoddam mouens immobile per omne tempus, s. motor cœli: aliud est mouens, quod semper mouetur, s. cœlum. de vno autem horum, s. de mouente primo, determinare pertinet ad aliam partem Philosophiæ, quę est prima inter alias. vnde in. 12. Meta. determinabit Philosophus de causa perpetuitatis motus & generationis. & de alio mouente, s. quod causat perpetuam generationem propter hoc ꝙ ipsum continue mouetur, postea in fine huius libri asignanda est, ꝙ talis sit causa singularium dictorum, i. perpetuitatis generationis simpliciter, & secūdum quid. Sed nunc oportet asignare causam, propter quam generatio & corruptio in sempiternum non deserāt naturam E terum. causam dico positam in materiæ specie, i. materialem causam. Et ne videatur hoc esse præter propositum, subiungit ꝙ forte simul manifestabitur quomodo oporteat dicere circa hanc quæstionem, & quomodo oporteat dicere de generatione simpliciter & corruptione. Deinde cum dicit.

T. c. 28. T. c. 16. T. c. 17. T. c. 4. T. c. 37. T. c. 34.

Ex mouēte & materia pōt accipi perpetuitatis motus.

VATAB.

Inuenit autem & id quodque magnum abunde dubium. quænam causa sit vt generatio generationi semper cohæreat & alteram altera subinde sequatur, si quidem quod corruptionem subit ad id proficiscitur quod nequaquam in ratione rerum existit. quod autem in ratione rerum minime existit, nihil est. Nam quod haud est neq; substantia est, neque qualitas, neque quantitas neq; vbi. Igitur, si semper quippiam eorum quæ sunt, in ratione rerum abeat, cur non dudum vniuersum ipsum consumptum fuit atque inane euasit, cum id ex quo sit genitorum quòdque finitum sit?

ANT. T. c. 16.

Habet autem dubitationem sufficientem, & quæ causa est quòd complicatur generatio, si quod corrumpitur ad non ens secedit, non ens autem nihil est. neque. n. illud quod est, neq quale, neque quantum, neq; vbi, quod non ens. Si igitur semper quod ens secedit, quare non consumptum est olim & inane omne, si finitum erat ex quo fit generatorum vnumquodque?

Prosequitur quæstionem introductam. Et primo obijcit ad excludendum perpetuitatem generationis, Secundo excludit quasdam responsiones. ibi. { Non. n. vtique. } Dicit ergo primo, ꝙ videtur habere dubitationem sufficienter mouentem, quæ est causa quare generatio complicatur & resoluitur sempiterne circa rerum naturam, si id quod corrumpitur simpliciter cedit in non ens. Sicut. n. quod generatur simpliciter fit ex non ente simpliciter, ita ꝙ corrumpitur simpliciter, G videtur, ꝙ in non ens simpliciter cadat: ita ꝙ hoc non ens omnino nihil sit. neq;. n. potest esse quid, i. substantia: quia, cum corruptio sit substantiæ simpliciter, oportet ꝙ corruptum simpliciter cadat in non substantiam & per consequens in non ens, in quod terminatur corruptio. oportet autem ꝙ id neq; sit quale, neq; quātum, neq; vbi, neq; aliquod aliorum prædicamentorum, eo ꝙ accidentia non possunt esse sine substantia. Si ergo generatio & corruptio sint sempiterna, videtur ꝙ semper aliquod entium cadat in non ens, & ita semper subtrahitur aliquid habentium naturam. Manifestum est autem ꝙ omne finitum consumitur, si semper ab eo fiat ablatio. si ergo totum vniuersum est finitum, ex quo generatur vnumquodq; entium? Si ergo generatio ab æterno fuit, olim debuit esse consumptum totum ens: ita quòd iam non relinqueretur nisi inane, i. vacuum. Deinde cum dicit.

VATAB.

H *Non enim propterea quòd id ex quo quid fit infinitum sit, non deficit, id enim esse nequit. nihil enim actu infinitum est, sed potentia tantum, nempe diuisione ipsa. Quare hanc solam causam esse oportebat cur nunquam deficiat, quia semper quippiam fiat minus: nunc autem hoc fieri minime cernimus.*

ANT.

Non enim vtique propter infinitum esse ex quo gene generatur non deficit. hoc enim impoßibile est. non enim est actu infinitum, potestate autem est, vt in diuisione. Quapropter oportet hanc esse solum causam non deficiendi, quoniam generatur quidem semper minus: nunc autem videmus hoc minime.

Excludit duas obuiationes. Quarum prima fuit Antiquorum naturalium, qui, vt possent causare perpetuitatem

Antiqui attribuentes

principijs in finitum. tatem generationis, attribuerunt infinitum principiis. Nam omnes, qui posuerunt vnum principium, vel ignem, vel aerem, vel aquam, vel aliquod medium, dixerunt id principium esse infinitum. Demo. autem ponit spatium vacuum infinitum, & corpora etiam indiuisibilia infinita. similiter autem Anaxa. ponit infinitas partes consimiles esse principia. Omnia ergo hæc excludit Philosophus dicens, quod non potest dici quod ideo generatio non deficit, quia infinitum est id ex quo generantur, siue sit vnum, siue multa principia, hoc enim

T. c. 37. T. c. 35. est impossibile: quia vt probatur in Tertio Physicorum, & in Primo, nihil est actu infinitũ in natura. Secundam obuiationem ponit & excludit. ibi { Potestate autem. } Posset enim aliquis dicere, quòd quamuis non sit aliquid infinitum in actu, est tamen in potentia, sicut patet in diuisionem continui. Et ita posset aliquis dicere, quod sicut à continuo, quamuis non sit infinitum actu, in infinitum aliquid per diuisionem subtrahi B tur, & tamen non totum consumitur: ita in corpore naturali, ex quo omnia generantur, quamuis non sit infinitum, semper abstrahitur aliquid per corruptionem, quod cedit in non ens, nunquam tamen totaliter consumitur. Sed hoc excluditur. quia, si à continuo finito,

T. c. 59. vt dicitur in Tertio Physicorum, semper abstrahitur eadem quantitas, quantuncunq; sit magnum, tandem consumetur. puta, si à diametro cœli semper quis abstrahat palmum. sed in infinitum continuum diuiditur, si semper fiat abstractio secundum eandem proportionem. puta si continuum diuidatur per medium, & medium per medium, & sic in infinitum. & eadem ratio est de quacunq; alia proportione. Sic autem diuisione facta manifestum est, quod id, quod post medium accipitur, semper erit minus eo, quod prius accipiebatur: nam dimidium dimidii minus est quàm dimidium totius. vnde Aristo. concludit quod, si hac ratione generatio & corruptio, in infinitum duraret, ratione quod continuum in infinitum diuiditur, oportebit quod id, quod postea generatur, semper sit minus in quantitate, vt sic semper minor existat id quod abstrahitur à corpore. hoc autem non videmus ita accidere, quod semper sit minus quod generatur, nunquam autem totaliter consumatur. hoc ergo, quod generatio in infinitum duret & corruptio, non potest esse simile diuisioni magnitudinis in infinitum. Deinde cum dicit.

VATAB. *Ergo, propterea quòd interitus huius alterius est ortus & contra ortus, huius alterius interitus, necessario accidit, vt mutatio irrequieta sit, & subsistere nequeat. Cur igitur generatio & corruptio similiter semper sit circa vnumquodq; eorum quæ sunt, hanc apud omnes causam satis esse putandum est.*

ANT. T. c. 17. *Quocirca, propter huius corruptionem alterius generationem esse, & huiusmodi generationem alterius esse corruptionem, inquietam esse necesse est transmutationem. De generatione quidem & corruptione simpliciter, semper circa vnumquodq; entium, hanc existimandum est esse sufficientem causam in omnibus.*

{Corruptio vni' est generatio alteri' & e cõtra: ideo generatio est perpetua.

Exclusis talis solutionibus concludit veram solutionem, s. quod ideo necesse est esse generationis transmutationem & corruptionis indeficientẽ vel inquietam, i. non cessantem: quia corruptio huius est generatio alterius, & è conuerso. Nam generatio per se quidem est ex ente in potentia, i. ex materia, quæ est sicut subiectum rerum naturalium. accidit. n. materiæ, ex qua aliquid generatur, quod sit subiecta alteri formæ, secundum A quam est ens actu, & priuationi formæ inducendæ, secundum quam est non ens actu. Et ideo Arist. dicit in Primo Phy. ex ente quidem actu per accidens, ex ente autem in potentia, per se. Et similiter corrumpetur aliquid per se quidem in ens potentia: quod quidem subiicitur alteri formæ, secundum quam est ens actu: & priuationi prioris formæ, secundum quam est non ens actu. & ita non dicitur, quod id quod corrumpitur secedat à tota rerum natura: quia quamuis fiat non ens hoc, quod est corruptum, remanebit tamen ens aliquid aliud, quod est generatum: vnde nõ potest materia remanere quin sit subiecta alicui formæ: & inde est, quod vno corrupto, generatur aliud, & vno genito, aliud corrumpitur: & sic consyderatur quidem circulus in generatione & corruptione: rationem cuius habet aptitudinem ad perpetuitatem. Vltimo autem epilogando concludit, quod existimandum est prædictam causam esse sufficientem de hoc, quòd generatio & corruptio simpliciter sit circa vnumquodque entium in sempiternum. quod quidem oportet dicere supposita perpetuitate mundi & motus: quod tamen Fides catholica non supponit, vt alibi dictum est.

Quod generatio est ex ente actu per accidens, & ex ente in potẽtia per se. T. c. 66.

LECTIO. VI.

Tres afferuntur modi, quibus aliqua generari simpliciter & secundum quid & corrumpi ab inuicem dicuntur.

VATAB. Octauo Phys. t. c. 4. & infra. *Sed quam ob rem alia simpliciter, alia non simpliciter oriri ac interire dicantur, rursum consyderemus oportet. siquidem idem est generatio huius & illius corruptio, atque huius corruptio & illius generatio id. n. quandam postulat rationem. Dicimus enim, quippiam simpliciter nũc & non solum hocce corrumpi, atq; hæc generatio, genera* C *tio simpliciter: & hæc corruptio, corruptio simpliciter est. Fit autem & hocce quidem aliquid, non autem simpliciter. etenim eum qui discit, scientem fieri dicimus, non autem simpliciter fieri.*

ANT. T. c. 18. *PRopter quid autem nunc hæc quidem simpliciter dicuntur generari & corrumpi, hæc autem non simpliciter, rursus scrutandum. si idem est generatio quidem huius, corruptio autem huius, & corruptio huius generatio autem huius. quærit autem hoc aliquam rationem. Dicimus. n. quoniam corrumpitur nunc simpliciter & non solum hoc: hæc autem est generatio simpliciter, hæc autem est corruptio. hoc autem generatur quidem simpliciter, hoc autem generatur quidem non simpliciter: dicimus enim discentem fieri scientem generari autem simpliciter non.*

Soluta dubitatione quam introduxerat de continuitate generationis, hic accedit ad soluendum quæstio- D nem principaliter intentam. Et circa hoc duo facit. primo mouet quæstionẽ, Secundo soluit eam. ibi { Quemadmodum enim determinauimus. } Dicit ergo primo, quòd iterum est perscrutandum, quare quædam dicuntur simpliciter generari, & quædam corrumpi, quædam aũt non, sicut dictum est in determinatione præcedentis quæstionis, quod generatio huius est corruptio illius, & corruptio huius est generatio alterius. Videtur enim hoc requirere quandam rationem. nam ex quo adinuicem generantur & corrumpuntur, videtur quod eadem ratione sit simpliciter generatio & corruptio vnius & alterius. Dicimus. n. in diuersis quæ non ex inuicem generantur, quando aliquid corrumpitur simpliciter, & non solum sic, i. secundũ quid, & quod quędam est

simpliciter generatio seu corruptio, & ꝙ quædam generantur secundum quid, & non simpliciter. sicut dicimus ꝙ ille, qui addiscit, fit quidem sciens, quod est fieri secundum quid, non tamen fit simpliciter: quia simpliciter erat etiam antequàm esset sciens. De vtroq; ergo consyderãdum est, s. quare in generatis exinuicem, quædam dicũtur generari simpliciter, & quædam s̃m quid: & quare etiam hæc differentia contingat in his quæ non ex inuicem generantur. Deinde cum dicit.

VATAB. *Quia igitur quædam (id quod definiendo sæpe diximus, hoc aliquid significant, quædam non, hac sanè de causa quod in quæstione versatur euenit. Refert.n. haud parum, in quod mutetur id quod mutationem subit: verbi causa, quæ ad ignem fit transitio, ea forsitan generatio simplex est, & alicuius, ceu terræ corruptio. At terræ generatio, generatio quædam est, cæterum generatio simpliciter non est, sed corruptio simpliciter, puta ignis. sicuti Parmenides asserit, qui duo, ens, inquam, & non ens, ignem & terram esse dicit. Verum hæc, an alia eiusmodi supponantur interest nihil: quandoquidem, modum quærimus, non subiectum. Quæ igitur ad non ens simpliciter fit migratio, corruptio simplex est. quę vero ad ens simpliciter, simplex generatio. Quibus igitur illa, siue igni & terra siue quibusdam alijs definita sint, horum profectò alterum ens, alterum non ens erit? Vno igitur modo simpliciter quippiam generari ac corrumpi, & non simpliciter, hoc inter se differunt.*

ANT. *Quemadmodum.n. determinauimus multotiens dicentes, quoniam hoc quidem significat hoc aliquid hoc autem non, propter hoc contingit quod quæritur. Differt.n. in quod transmutatur transmutans. puta forte quæ in ignem via generatio simpliciter, corruptio autem alicuius est, puta terræ: terræ autem generatio aliqua generatio. generatio autem non simplex, corruptio autem simplex, puta ignis. quemadmodum Parmenides dicit duo ipsum ens, & non ens esse inquiens, ignem & terram. Hęc igitur aut talia alia supponere nihil differt. modum.n. quærimus sed non subiectum. In non ens igitur simpliciter via est corruptio simpliciter, in simpliciter autem ens est generatio simpliciter. Quibus igitur determinatum est, siue igni siue terræ, siue aliquibus alijs, erit hoc quidem ens, hoc autem non ens. Vno quidem igitur modo differt in hoc generari simpliciter & corrumpi à non simpliciter.*

De hoc fusiꝰ 4. physi text. c. 49.

Corruptio simpliciter Generatio simpliciter

Soluit præmissam quęstionem. & primo in his quæ generantur adinuicem, secundo in his quæ non generantur adinuicem. ibi{ Dicuntur autem hæc quidem} Circa primum duo facit. primo soluit quæstionem, secundo epilogat. ibi { Esse quidem igitur. Circa primum ponit modos, secundum quos contingit adinuicem generari: qũo, s. vnius generatio sit alterius corruptio simpliciter, & alterius secundum quid. Circa quorum primum dicit, ꝙ sicut multotiens determinatum est, quædam, quæ affirmatiuę dicuntur, significant hoc aliquid, i. quoddam ens, quædam vero significant non ens. & ex hoc contingit id, de quo dicitur, ꝙ quædam dicuntur generari vel corrumpi simpliciter, quædam secundum quid. differunt.n. quantum ad hoc, quid sit illud, in quod aliquid transmutatur per generationem & corruptionem, puta si dicamus secundum opinionem Parmenidis ꝙ ignis sit ens, & terra non ens, transmutatio, quæ est via in ignem, puta si ex terra generetur ignis, diceretur generatio simpliciter, quia est via in ens: corruptio non simpliciter, sed alicuius, s. terræ,

T. c. 20.
T. c. 20.
Primus modus quo d̃ gñatio & corruptio,

E quæ non est ens: è contra autem generatio terræ erit generatio aliqua, non autem generatio simplex: quia est generatio non entis, sed est corruptio simplex: quia est corruptio entis, s. ignis. Sic.n. Parmenides dixit duo esse principia rerũ, s. ens & non ens: appellãs ens ignem, & non ens terram. forte propter hoc ꝙ ignis inter alia elemẽta habet plus de forma, terra autem minus. Hoc autem exemplum non procedit secundum sententiam, Arist. qui existimauit vtrunq; ens: & ideo subiungit ꝙ nihil differt ad propositum talia exempla, vel alia supponere. Quærimus.n. inducendo exempla, modum, sed non subiectum, non curantes vtrum, s. sic se habeat in his terminis vel quibuscunque alijs. Et propter hoc etiam in libris Logicæ vtitur exemplis secundum opiniones aliorum Philosophorum, quę non sunt inducenda, quasi sint verba Aristo. hoc igitur ex præmissis est F accipiendum ꝙ corruptio simplex est quæ est via in simpliciter non ens: generatio simpliciter quæ est via in simpliciter ens. determinetur ergo quod dictum est de generatione & corruptione simpliciter, vel secundum quid, siue in igne & terra, siue in quibuslibet alijs terminis: dummodo ita se habeant ꝙ vnum sit ens & aliud non ens. sicut dicamus viuum & mortuum, vel aliquid aliud huiusmodi. Concludit igitur ꝙ vno modo differt simpliciter generari & corrumpi & non simpliciter, sicut dictum est. Sed videtur ꝙ hæc differentia non sit conueniens. via enim, quæ est in simpliciter non ens, quam dicit esse corruptionem simpliciter, non potest intelligi in id quod est omnino nihil: quia omnis naturalis corruptio fit per resolutionem in aliquam materiam. Similiter etiam non potest intelligi non ens simpliciter ꝙ sit priuatio pura sine forma: quia materia nunquam denudatur ab omni forma, ita ꝙ sit sola G sub priuatione. ergo oportet ꝙ per nõ ens, in quod tendit corruptio simplex, intelligatur priuatio, quæ est adiuncta alicui formæ: cuilibet autem formæ naturali in generabilibus & corruptibilibus adiungitur priuatio: non ergo dicetur magis vnum generari & corrumpi simpliciter, in his quæ adinuicem generantur & corrumpuntur quàm aliud. Dicendum est ergo ꝙ non ens simpliciter intelligitur hic materia cum priuatione adiuncta alicui formæ. Sed duplex est forma. vna quidem perfecta, quæ complet speciem alicuius rei naturalis, sicut forma ignis, vel aquæ, aut hominis, aut plantæ. alia est forma incompleta, quæ neque perficit aliquam speciem naturalem, neq; est finis intentionis naturæ, sed se habet in via generationis vel corruptionis. Manifestum est.n. in generatione compositorum, puta animalis, ꝙ inter primum principium generationis, quod est in semine, & vltimam formã animalis completam, H sunt multæ generationes mediæ, vt Auicen. dicit in sua sufficientia: quæ necessario terminantur ad aliquas formas: quarum nulla facit ens completum secundum speciem, sed ens incompletum quod est via ad speciem aliquam. Similiter autem etiã ex parte corruptionis, sunt multæ formæ mediæ, quæ sunt formæ mediæ incompletæ. non.n. separata anima corpus animalis statim resoluitur in elementa, sed hoc fit per multas corruptiones medias, succedẽtibus sibi in materia multis formis imperfectis: sicut est forma corporis mortui, & postmodum putrefacti, & sic tandem fit vltimum complementum successiue. Quando igitur per corruptionem peruenitur in priuationem cui adiungitur talis forma in materia, est corruptio simpliciter. Quando autem

Duo principia reꝶ ens & nõ ens secundũ Parmenidem. Exẽpla qũo sumantur.

Dubium.

Solutio. Nõ ens simpliciter qd. Duplex est forma.

Sepata aĩa non statim fit resolutio in elemẽta.

Dictorũ resolutio.

ex priuatione, cui adiungitur forma imperfecta, quæ erat via generationis, peruenitur ad formam completam, est generatio simplex. Deinde cum dicit.

VATAB.

Altero materiæ qualitate conditioneue Cuius n. differentiæ potius hoc aliquid significant, ea magis substantia est, contra, cuius differentiæ priuationem magis significant, ea magis non ens est. Vt calor, prædicamentum quoddam & species est, frigiditas, priuatio. his autem differentijs, ignis & terra differunt.

ANT. Ista generatio & generatio dulcis & tristis. 5. phy. t. c. 58.

Alio autem modo, materia differunt, qualis cunq; ea sit. Cuius. n. magis differentiæ hoc aliquid significant magis substantia: cuius autem priuationem, non ens. Puta calidum prædicamentum aliquod & species, frigiditas autem priuatio: differunt. n. ignis & terra his differetijs.

Scd's mod' quo dr generatio & corruptio.

Ponit secundum modum: & dicit, quod alio modo erit quædam generatio & non simpliciter qualiscunq; materia erit. i. si habeat aliquam naturã id in quod est corruptio, dummodo habeat aliquem defectum. Illud. n. cuius differentiæ magis significant hoc aliquid, magis est substantia: illud autem, cuius differentiæ magis significãt priuationem, magis est non ens. Sicut calidum est quoddam prædicamẽtum, i. quoddam affirmatum sine priuatione, & est species, i. forma, frigiditas autem est priuatio: his autem differentijs differunt terra & ignis. Si autem terra est naturaliter frigida, ignis naturaliter est calidus: & ideo ignis est magis substantia, terra autẽ magis accedit ad non ens. Primo autem oportet considerare quomodo hic dicatur quod frigiditas sit priuatio, cum frigidum & calidum contrarie opponantur: contrariorum autem vtrorumq; est natura aliqua: alioquin non essent in eodem genere. nam priuatio & non ens non est in genere. Dicendum autem est quòd, sicut ostensum est in. 10. Metaphy. oppositio priuationis & habitus est principium oppositionis contrariorum: & ideo semper aliud contrariorum est cum defectu & priuatione quadam respectu alterius. Dicitur ergo frigidum priuatio, non quia sit priuatio pura, sicut cæcum & nudum, sed quia est qualitas deficiens respectu calidi. Vnde in hoc differt iste modus secundus à primo. nam primus modus accipiebatur secũdum differentiam entis & non entis simpliciter, hic autem accipitur secundum differentiam entis perfecti & imperfecti. Secundo oportet considerare, quomodo hic dicatur quod terra & ignis differant his differentijs, s. calido & frigido. oportet. n. hoc intelligi de differentijs substantialibus: alioquin non pertinerent ad generationem & corruptionem, sed magis ad alterationem: principia autem differentiarum substantialium, quæ sunt constitutiuæ specierum, oportet esse formas substantiales, quæ sunt specificæ. secundum hoc ergo sequitur quod calor, frigus sint formæ substantiales ignis & terræ: quod est omnino impossibile. Primo quidem, quia nõ est possibile quod idem sit in vno accidens, & in alio forma substantialis, nisi æquiuoce diceretur. calidum autem & frigidum in alijs corporibus sunt accidentia, de quibus tamen vniuoce dicuntur cum elementis: ex quorum mistione in eis huiusmodi qualitates inueniuntur, non ergo potest esse quòd calidum & frigidum in elementis sint formæ substantiales. Secundo, quia nulla forma substantialis est sensu perceptibilis, sed solum intellectu, cuius obiectum est quod quid est, vt dicitur in Tertio de Anima. formæ autem, quæ sunt sensu perceptibiles, sunt qualitates speciei: quæ ob id dicuntur passibiles, quia sensibus inferunt passiones: vt dicitur in

Primũ dubiũ, quo frigiditas dicatur priuatio.

T. c. 25.

In quo differãt prim' & secundus modus.

Scdm dubium, quo terra & ignis differant calido & frigido.

Qd calor & frigus non sint formæ substatiales Qd in vno est accidens non potest in alio esse substantia.

Fofa substãtialis non percipitur sensu.

A præsenti. Cum igitur calidum ignis & frigidum terræ vel aquæ sint sensu perceptibilia, non possunt esse formæ substantiales. Dicendum est ergo quod sicut habetur ex. 8. Metaphy. differentiæ substantiales, quia sunt ignotæ, per differentias accidentales manifestantur: & ideo multoties vtimur differentijs accidentalibus loco substantialium. & hoc modo Philosophus hic dicit calidum & frigidum esse formas substãtiales ignis & terræ. calidum. n. & frigidum, cum sint propriæ passiones horum corporum, sunt proprij effectus formarum substantialium eorundem. Et ideo sicut aliæ causæ intelligibiles innotescunt per effectus sensibiles: ita & perfectione calidi & imperfectione frigidi perpendimus quod forma substãtialis ignis est perfectior quàm forma substantialis terræ. omnes. n. formę substantiales differunt secundum magis & minus perfectum. vnde in. 8. Metaphysi. dicitur quod species rerum sunt sicut numeri: quorum species variantur secundum additionem & subtractionem. Potest etiam dubitari de hoc quod dicit, quòd cuius definitio magis significat hoc aliquid, magis est substantia: cum tamen dicatur in prædicamentis quòd substantia non suscipit magis & minus. sed dicendum quod per hoc non intendit significare intensionem & remissionem substantiæ in Prædicamento substantiæ, sed maiorem & minorem perfectionem in speciebus substantiæ secundum dictam formarum differentiam. Tertium modum ponit ibi.

Capite de qualitate.

T. c. 42.

Dñæ substãtiales per accidentales manifestantur.

Proprietates sunt, ꝓprij effect' formarum substãtialiũ.

T. c. 10.

Tertiũ dubiũ, quo dicatur quid esse magis substantia.

VATAB.

At plerisq; videtur, illa potius sensibili & insensibili differre. nam cum ad sensibilem materiam mutatio fit, tum gigni quippiam aiunt, cum ad eam quæ sub sensum non cadit, corrumpi. Quando quidem, ens, & non ens sentiendo & non sentiendo definiunt. quemadmodum quod scibile est, ens esse asserunt: quod sciri non solet, non ens: quippe cum sensus ipse scientiæ vim obtineat.

ANT. T. c. 19.

Videtur autem magis multis sensibili & non sensibili differre. quando. n. in sensibilem transmutatur, & in materiam, generari inquiunt: quando autem in non materiam, corrumpi. Ens enim & non ens in sentire & non sentire determinant. quemadmodum quidem scibile ens, ignotũ autem non ens, sensus n. scientia habet virtutem.

Tertius modus.

Circa hoc tria facit. Primo ponit tertium modum, secundum quem aliqui assignant differentiam generationis & corruptionis simplicis & secundum quid. Secundo ostendit huiusmodi falsitatem ibi { Quemadmodum igitur. } Tertio comparat hunc modum secundo. ibi { Contingit itaque. } Dicit ergo primo, quod multis videtur quod simpliciter generatio, & secundum quid magis differunt per hoc quod est magis & minus sensibile, quàm secũdum perfectionem & imperfectionem suarum differentiarum, sicut in secundo modo dicebatur. Dicunt. n. quòd, quando aliquid transmutatur in materiam, quæ bene potest sentiri, tunc generatur aliquid simpliciter: puta quando aliquid transmutatur in terram vel in aquam: quãdo autem transmutatur aliquid in id, quod non est manifestum sensui, dicunt illud corrumpi simpliciter, puta in aerem. & horum ratio est, per hoc quod determinabãt aliquid ens & non ens ex hoc, quòd non sentitur vel sentitur: existimantes id quod solum sentitur esse ens. & hoc ideo, quia apud eos non differunt sensus ab intelligentia, sicut quidam posuerunt: vt dicitur in Libro de Anima: & ideo vtuntur sensu ac si haberet virtutem intellectiuæ scientiæ, quæ est capax aliqualiter omnium entium; vnde scibile ens est, ignotum autem non ens. Deinde cum dicit.

Ens tãtum quo modo sentitur fm quosdã Philosophos.

Igitur

VATAB. *Igitur hi vt res ipsas viuere quia sentiant aut sentire possint, ita easdem esse quia sub sensum cadant arbitrantur veritatẽ modo quodã sectantes, sed hoc falsi dicẽtes.* E

ANT. *Quemadmodum igitur illi in sentire & posse sentire viuere & esse existimant, ita & res. In quo modo quodam prosequetur veritatem. Id autem dicentes, non verum.*

Ostendit falsitatem huiusmodi sententiæ. nanq; tales, sicut existimabant animalia viuere & esse in hoc ꝙ actu sentiunt vel possunt sentire, ita existimabãt res esse, in hoc ꝙ sentiuntur vel possunt sentiri: ac si sensus esset perfectio rei sensibilis, sicut est perfectio sentientis, & in hoc quodammodo prosequebantur & destruebant veritatem rerum. Nam, cum verum dicatur aliquod ex eo quod est: si esse rerum consisteret solum in sensibus, nulla veritas esset in rebus, sed in solo sentiente. hoc autem non est verum: quia sic nulla veritas esset in rebus. vnde subtrahentes veritatem rerum dicunt non verum. Deinde cum dicit. F

Q𝑑 esse rerum non consistat solum in sensibus.

VATAB. *Itaque generari quippiam simpliciter atq; corrumpi, iuxta opinionem alio atque veritatem accidit modo. Nam spiritus & aer, sensu quidem, minus sunt. & proinde illa, quæ simpliciter corrumpuntur, mutatione ad illa tendente corrumpi dicunt, atq; generari, cum in rem tangibilem, terramque mutantur. Reuera vero, hoc aliquid & species magis sunt quàm ipsa terra.*

ANT. *Contingit itaque. secundum opinionem & secundum veritatem aliter & generari simpliciter & corrumpi. Spiritus quidem.n. & aer secundum quidem sensum minus sunt: ideo & quæcunq; corrumpuntur simpliciter in huius transmutatione hæc corrumpi dicuntur, generari autem, quando in aliquid tangibile, vt in terram mutatur. secundum veritatem autem magis hoc aliquid & species hæc, quàm terra.* G

Comparat hunc modum secundo. & dicit, ꝙ aliter contingit generari simpliciter & corrumpi secundum opinionem, quæ pertinet ad hunc tertium modum, & rei veritatem, quam tangit secundus modus. quia spiritus, i. aer & ventus minus sunt secundum sensum, i. si iudicetur esse rei ex hoc ꝙ sentitur: & ideo quæcunq; corrumpuntur dicuntur secundum tertium modum corrumpi, & per transmutationem quę non sentiuntur generari: aut simpliciter quando transmutantur in aliquod tangibile, & palpabile, sicut quando mutantur in terram. Sed secundum veritatem accidit contrarium: quia aer magis est hoc aliquid & species quàm terra: & est perfectius ens. & ideo secundum veritatem magis est generatio simpliciter si ex terra fiat aer, quàm è conuerso. Deinde cum dicit.

VATAB. *Cur igitur sit aut non sit simplex generatio, quæ eadem alicuius corruptio est, & corruptio simplex, quæ itidem generatio alicuius est, causam diximus. Nam id, ob materiæ discrimen euenit, nempe, aut quòd ea substantia sit vel non sit, aut quòd hæc magis, illa minus. & non, quia materia ex qua mutatio venit, & ad quam proficiscitur, alia magis, alia minus sensu percipi queat.* H

ANT. T. c. 20. *Esse quidem igitur hanc simplicem generationem alicuius corruptionem entem, corruptionem autem simplicem generationem alicuius existentem, dicta est causa. Propter materiam.n. differunt aut eo quòd substantia est, aut non, aut quòd hæc magis, hæc vero non, aut quod hæc quidem magis sensibilis est materia ex qua & in quam est, hæc vero minus est.*

Epilogat quæ dicta sunt. & dicit ꝙ dicta est, causa quare quædam est generatio simplex, cum tamen sit corruptio alicuius: & quædam corruptio simplex, cum sit generatio alicuius. hæc.n. differunt per materiam, i. per id in quod aliquid transmutatur per generationem vel corruptionem: aut quia est substantia, idest ens, vel non, sicut dicebatur in primo modo: aut quia hoc magis, hoc vero minus. quia.s. vnum est perfectius ens quam aliud, quod pertinet ad secundum modum. aut quia materia ex qua & in quam aliquid transmutatur magis vel minus sensibilis, quod pertinet ad tertium modum. Vocat autem hic materiam, non puram, sed rem ex qua aliquid generatur, vel in quã corrumpitur.

Recapitulat tres modos prædictos.

LECTIO. VIIII.

Generatio simpliciter & secundum quid in his quorum mutua non est generatio, quomodo sumenda: tres demum mouentur Quæstiones.

VATAB. *Dicuntur autem quædam simpliciter, quædam solum aliquid fieri, non ob mutuam generationem, sed iuxta eum quem nuper diximus modum. Nam hoc tantum nuper definitum determinatumq; fuit, cur nam, cùm omnis generatio sit alterius corruptio, & omnis corruptio cuiuspiam alius generatio, tam oriri quàm interire non similiter tribuamus hisce, quæ in sese vicissim mutari solent. At quod postremo loco fuit dictum, hoc idem minime in q̃ōnem reuocat, sed quam ob rem quod discat, non simpliciter fieri, sed fieri sciens, quod vero nascitur fieri dicatur.*

ANT. *Dicuntur autem hæc quidem simpliciter generari: hæc autem aliquid solum non ex abinuicem generatione, sed secundum quem diximus nunc modum. Nunc quidem.n. tantum determinatum est, quare omni generatione existente corruptione alterius, & omni corruptione existente generatione alterius, non simpliciter attribuimus generari & corrumpi in adinuicem transmutabilibus. Quod autem postea dicetur non hoc quæret, sed quare discens quidem non dicitur simpliciter generari, sed generari sciens, quod autem nascitur generari.*

Postquam ostendit quare quædam generantur simpliciter, & quædam secundum quid eorum quæ adinuicem generantur, Hic ostendit causam differentiæ generationis simpliciter & secundum quid, in his quæ non adinuicem generantur. Et Primo determinat quæstionem principaliter intentam, Secundo determinat quasdam quęstiones consequentes. ibi { Sed nunc quęrere oportet. } Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem, Secundo soluit eam. ibi { Hæc autem determinata sunt. } Tertio epilogat quæ dicta sunt. ibi { De generari quidem. }

Dicit ergo primo ꝙ quædam dicuntur simpliciter generari, quædam autem solum secundum quid, non secundum generationem ex inuicem, vt supra dictum est, vt. s. vnum eorum, quæ ex inuicem generantur, generetur simpliciter, aliud autem s̃m quid (hoc.n. est quod supra determinatum est.) quare, cum omnis generatio sit corruptio alterius, & omnis corruptio sit generatio alterius: non solum simili modo attribuitur generari & corrumpi in his quæ adinuicem transmutantur, sed vnum eorum dicitur generari vel corrumpi simpliciter, aliud autem secundum quid. Quæstio autem, quæ postmodum determinanda est, non hic erit, sed in his quæ non ex inuicem transmutantur: quare

vnum

vnum dicitur generari simpliciter & alterum secundum quid: puta quare discens qui fit sciens non dicitur simpliciter generari, sed secundum quid, i. sciens, homo autem vel animal quãdo nascitur dicitur generari simpliciter. & tamen manifestum est ꝙ natum & sciens non generantur ex inuicem. Deinde cum dicit.

VATAB. *Hæc autem, prædicamentis distincta sunt. Nam alia substantiam, alia qualitatem, alia quantitatem significant. Quæcunque igitur substantiam non significant, ea non simpliciter, sed quippiã fieri dicuntur. Verum enimuero, in omnibus generatio simpliciter iuxta ea quæ in altera sunt serie dicitur. vt in substantia, si ignis fiat, sed non si terra: & in qualitate, si scium, sed non si inscium.*

ANT. Quæ nõ significare sũstãtia dicitur non generãtur simpliciter. *Hæc autem distincta sunt prædicamentis. nam hoc quidem hoc aliquid significat, hoc autem quale, hoc autem quantum. Quæcunq; igitur non substantiam significant, non dicuntur simpliciter generari, sed secundum quid fieri Sed tamen in omnibus simpliciter generatio dicitur secundum quòd in alio ordine sunt: puta in substantia quidem si ignis, sed non si terra: in qualitate autem sicut sciens, sed non quando nesciens.*

Solutio. Soluit quæstionem nunc motam. & dicit, ꝙ illa, quorum quædam dicuntur generari simpliciter, quædam secundum quid, sunt distincta secundum prædicamenta: ita ꝙ vnum eorum significat hoc aliquid, i. substantiam: aliud autem quantitatem, aliud qualitatem, & sic de alijs prædicamentis. Illa ergo, quæ non significant substantiam, non generantur simpliciter, sed ẜm quid: sicut quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid aliorum. Quæ vero significant substantiam dicuntur generari simpliciter. cuius ratio est, quia generatio est via de non esse ad esse, & id simpliciter generatur quod acquirit esse, cui nõ præsupponitur aliud esse: non. n. fit quod est. Vnde quod iam est non potest generari simpliciter, sed ẜm quid. Et ideo ista, quorum esse præsupponit aliud esse, non dicuntur generari simpliciter, sed secundum quid. esse autẽ accidentium præsupponit aliud esse, i. esse subiecti: esse autem substantiæ non præsupponit aliud esse: quia subiectum formæ substantialis non est ens actu, sed potentia: & ideo ex hoc ꝙ accipit formã accidentalem, dicitur generari secundum quid. In omnibus tamen substantijs & accidentibus diuersificatur generari simpliciter & secundum quid, ẜm diuersum ordinem entis ad non ens, vel perfecti ad imperfectum, aut sensibilis ad insensibile. vnde quodammodo in substantia dicitur generatio simpliciter, si generetur ignis, non autem si generetur terra: & in qualitate dicitur generatio simpliciter si generetur sciens, non autem si generetur nesciens. Deinde cum dicit.

Rõ quã supplet. S. T.

VATAB. *Quòd igitur quædam simpliciter oriantur, quædam non, etiam omnino in ipsis substantijs, dictum est & quòd vt generatio continue fit causa vt materia id quod subijcitur, est: quia in contraria mutatiuum est. atque in substantijs semper vnius generatio, alterius est corruptio: & vnius corruptio generatio alterius.*

ANT. *De generari quidem hoc simpliciter, hoc autem secundum quid, & vniuersaliter dictum est in substantijs ipsis. Atque item quòd continuæ generationis causa tanquam materia sit semper ipsum subiectum, quoniam transmutatur in contraria: & est alterius generatio in substantijs alterius corruptio, & alterius corruptio alterius generatio.*

Cã ẽ cõtinuæ gñationis est materia & subiectũ.

Epilogat quæ dicta sunt. & dicit, ꝙ dictum est vniuersaliter de accidentibus & in substantijs, de hoc ꝙ quædam generãtur simpliciter, & quædam secundum quid. Et etiam dictum est, ꝙ causa continuitatis generationis per modum materiæ est secundum ꝙ transmutatur in contraria. ex hoc. n. contingit quod semper in substantijs, alterius generatio est alterius corruptio, & è conuerso. nunquam. n. materia est sub priuatione vnius formæ sine alia forma. in quibusdam autem accidentibus hoc contingit. nam corpus diaphanum est sub priuatione lucis absq; hoc quòd subsit formæ contrariæ. Deinde cum dicit.

At vero nec dubitasse conuenit, quam ob causam corruptis quibusdam semper generatio fiat. Nam vt corrumpi simpliciter quippiam dicunt, cum illud ad insensibile & id quod haud est, proficiscitur, sic & ortum subire ex eo quod haud est, cum ex insensibili sit. Siue igitur subiecto quopiam existente, siue non, ex eo fit quod haud est Quare, simili modo & ex eo, quod haud est, generatur, & in id, quod haud est, corrumpitur. merito igitur, generatio non deficit. quippe cum generatio, corruptio sit eius quod haud est, atque corruptio, generatio eius quod haud est. Sed quæret aliquis, vtrum hoc ipsum quod simpliciter non est, è contrarijs sit alterum, verbi causa, vtrũ non ens sit terra, & id quod graue est, ens vero ignis, & quod leue est, an non, sed ens terra, non ens vero terra materies atq; ignis similiter? Et vtrum materies vtriusque diuersa sit, an nec ex sese mutuo fierent, nec ex contrarijs? (nam hisce, igni, inquam terræ, aquæ & aeri, contraria insunt.) An, partim est eadem, partim diuersa? quod. n. aliquando cum sit subijci solet, est idem: at ratio, non item eadem est. Sed de hisce hactenus. VATAB.

Sed nunc quærere oportet quare generatur aliquid semper ex corruptis alijs. Quemadmodum. n. & corrumpi hoc simpliciter inquiunt quando ad insensibile venit & non ens, similiter generari ex non ente inquiunt, quando ex insensibili. Siue igitur subiectum aliquod subsit, siue non, generatur ex non ente. quare & similiter generatur ex non ente, & corrumpitur in non ens. merito igitur non deficit generatio. Generatio n. entis, corruptio est non entis: corruptio autem entis, generatio non entis Sed hoc non ens simpliciter quæret aliquis, vtrum aliquod contrariorum est, puta terra & graue non ens, ignis autem & leue ens, aut non, sed est & terra ens, non ens autem materia terræ & ignis similiter. Et an alia vtriusq; materia sit, an vero neque ex se, neq; ex contrarijs (His. n. existunt contraria, igni, terræ, aquæ & aeri) An est quidem partim eadem partim vero alia. Nam quod subijcitur, idem est, esse autem non idem. De his igitur intantum dictum est. ANT. T. c. 21.

T. c. 22. Quare generatio nõ deficiat.

Cõtrarietates primo existũt quatuor elẽtis.

Determinat tres quæstiones consequentes. quarum prima est, quare semper generatur aliquid ex corruptis. quòd supponit, in hoc quòd dixit, quare generatio vnius est corruptio alterius. Et soluit hanc quæstionem dicens, quia corruptio tendit in non ens, & generatio est ex non ente: ideo oportet ꝙ generatio sit ex corruptis. Et hoc ipse probat etiam ex aliorum opinione: quia sicut homines dicunt corrumpi aliquid, quando peruenit ad insensibile, quod putant ens non esse, secundum tertium modum supra positum; similiter dicunt aliquid generari, quando ex insensibili & non esse peruenit ad hoc ꝙ sit sensibile. patet ergo ꝙ secundum hunc modum, id quod est terminus corruptionis, est principium generationis. Siue ergo sit aliquod subiectum, ex quo est generatio, siue non, semper oportet ꝙ generatio

Prima quæstio quare gñatur ẽ ex corrupto.

generatio eius fit ex non ente, quod est terminus corruptionis: hoc.n.est de ratione generationis, q; fit ex non ente: q; autem illud non ens adiungatur alteri existenti accidit generationi. Quare patet q; simul generatur aliquid ex non ente & corumpitur in non ens, qualitercunque dicatur non ens: sic igitur idem est in quod terminatur corruptio, & ex quo est generatio: & propter hoc generatio est ex corruptis. Conuenienter ergo non deficit succesio generationis & corruptionis, vt supra dictum est: quia generatio est quędam corruptio, s. non entis: & ita vnum eorum semper adiungitur alteri, cum tamen in id, ex quo vnum incipit, aliud terminetur. Secundam quæstionem ponit. ibi {Sed hoc non ens.} Potest.n. aliquis quęrere, an id non ens, ex quo est generatio, & in quod terminatur corruptio simpliciter, quod quidem est quodāmodo ens, sit aliquorum cōtrariorum puta q; terra & graue sit non ens, sicut posuit Parmenides: ignis aūt & leue sit ens. & soluit q; non est ita, sed terra est ens, quia, s. terra sit per hoc quod materia recipit quandam formam, quæ facit esse in actu. non ens ergo est materia terrę & ignis. Non tamen materia est non ens per se, sicut Plato posuit, sed non ens per accidens rōne priuationis cui adiungitur.

T.c. 17.

Secūda qō, an non ens sit aliquorū cōtrariorum.

Materia dr̄ nō ens per accūs rōne priuationis adiunctæ.

Tertiam quæstionem ponit ibi. {Et alia vtriusq;} Vtrum, s. istud non ens, quod est materia, sit aliud & aliud, quod est commune his, quæ adinuicem generantur. Et dicit q; alia esset vtriusq; materia, s. ignis & terræ, si non generantur adinuicem: sicut accidit his, qui posuerunt & ignem & terram primas materias. Oportet enim ea, quæ ex inuicem generantur, communicare in subiecto, quod suscipiat formam vtriusque: & per consequens non fieret transmutatio ex contrarijs inuicem, sicut supra dictum est: quia cōtrarietates existunt primo & per se elementis prædictis, s. igni, terræ, & aquæ, & aeri: vnde, si nihil transmutaretur ex igne in aquam vel aerem aut è conuerso, nihil etiam transmutaretur ex calido in frigidum vel è conuerso, vt supra dictum est. Subiungit tamen q; materia eorum, quæ transmutantur adinuicem, aliqualiter est eadem, & aliqualiter alia: subiecto.n. est eadem. Et hoc est quod dicit q; id, quod subiicitur est idem, qualitercunq; sit ens: quia, scilicet non est ens actu, sed potentia. Non est autem idem secundum esse vel rationem. aliam enim rationem & aliud esse accipit prout est sub diuersis formis: & etiam secundum hoc ipsum quod ordinatur ad diuersas formas. sicut corpus est aliud ratione secundum q; est ægrotabile, & aliud secundum q; sanabile, licet sit idem subiectum. Vltimo autem epilogando concludit q; de his in tantum dictum est.

Tertia qō, an materia sit cōe his q̄ adinuicem generātur. Quorū vna est materia inuicem generantur.

Aliud esse, & aliā rōne habet materia prout ad diuersas formas ordinatur.

E

LECTIO X.

Generationis & corruptionis Natura: ex cuius notitia ipsarum a cæteris mutationibus Differentia deducitur.

VATAB.

De generatione autem atq; alteratione, quo inter se discrepent, agendum nam hasce mutationes inter sese diuersas esse dicimus. Cum igitur subiectum quippiam sit, & affectio atq; qualitas quæ de subiecto nata est dici ab eodem diuersa sit, sitq; vtriusq; horum mutatio · alteratio sane est quando sensibile subiectum permanens in suis mutatur affectibus: qui aut contrarij aut inter contrarios medij sunt. sicuti corpus idem permanens, vicissim modo sanum, modo ægrum est. atq; æs, quamquam idem, alias teres atq; rotundum est, alias anguli speciem præ se fert.

ANT. T.c. 23.

De generatione autem & alteratione dicamus quid differunt. dicimus.n. has transmutationes esse inter se diuersas abinuicem. Quoniam igitur est aliud subiectum & aliud passio, quæ de subiecto innata est dici: & est transmutatio vtriusque horum, Alteratio quidem est, quando manente subiecto sensibili existente transmutatur in eius passionibus, aut contrarijs entibus, aut medijs. puta corpus sanum est, & rursus laborat manens idem, & metallum quandoque rotundum, quandoque angulare idem existens.

De diīa generationis & alterationis.

Postquam Philosophus ostendit, quare est quædam generatio secundum quid, & quædam simpliciter, hic inquirit de differentia generationis & alterationis. & primo exponit suam intentionem dicens, q; dicendum est de generatione & alteratione quō differant adinuicem. & hoc ideo, quia superius dictū fuit, q; generatio & alteratio sunt diuersæ transmutationes adinuicem.

T.c. 16.

F

Secundo ibi. {Quoniā igitur est aliud subiectum.} Exequitur propositum suum: & primo dicit differentiam generationis & alterationis quantum ad id secundum quod vtrunque est transmutatio, Secundo quantum ad subiectum vtriusque. ibi {Quandoquidem igitur} Circa primum duo facit. primo ostendit in quibus fit alteratio, secundo in quibus sit generatio. ibi {Quando autem totum.} Circa primum duo supponit. quorum Primum est, quòd aliud est subiectum, & aliud passio, quæ nata est dici de subiecto, sicut differunt substantia, & accidens. Secundum est, q; contingit ad vtrunq; eorum esse transmutationem: nam quandoque fit transmutatio in ipsa substantia, quandoque autem in accidentibus. his ergo suppositis, subiungit q; alteratio est, quando manet idem subiectum sensibile, s. quando nulla transmutatione in eius substantia facta,

T.c. 24.

Qd̄ est alteratio.

G

fit transmutatio in passionibus eius, s. qualitatibus ipsius. Nec est differentia quantum ad hoc, vtrum fiat transmutatio secundum contraria extrema, vel secundum media, puta vtrum de albo in nigrum, vel de rubeo in palidum. Et ponit duo exempla. primum, s. cum corpus animalis idem manens prius est sanum, & postea infirmatur. Secundum est, quando æs idem manens, quandoque est rotundum, & quandoque angulare, vel angulos habens. Et est aduertendū q; primum horum exemplorum pertinet ad primam speciem qualitatis, secundum autem ad quartam. tamen Philosophus in Quinto Physico. probat quòd in prima specię qualitatis, & quarta non est alteratio, sed solum in tertia: quæ dicitur passio vel passibilis qualitas. & propter hoc forte signanter dixit, quòd alteratio est transmutatio in passionibus. Sed dicendum est quòd primo

a:l: metallū

Dubium.

F.c. 17. & prio Physi. T.c. 15.

Solutio.

H

& per se alteratio est in qualitatibus tertiæ speciei, per accidens autem mediantibus aliquibus qualitatibus: & ex consequenti fit alteratio in alijs speciebus, sicut per aliquam alterationem calidi & frigidi mutatur homo de sanitate in ægritudinem, & è conuerso: & per alterationem mollis, & duri perducitur corpus ad aliquam figuram. Deinde cum dicit.

Alteratio primo & per se est in tertia spē qualitatis, in alijs vero secundario.

VATAB.

At cum totum mutatur, nec sensibile quicquā vt subiectum, idē permanet, sed perinde euenit vt cum ex toto semine sāguis, aut ex tota aqua aer, aut ex aere toto aqua fit, iā quod est tale, generatio huius est & illius corruptio.

ANT.

Quando autem totum transmutatur non manente aliquo sensibili, vt subiecto eodem, sed quasi ex semine toto sanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua, Generatio iam hoc tale, huius autem Corruptio.

Ostendit

Qđ eſt generatio.

Oſtendit quando ſit generatio. & circa hoc duo facit. primo aſsignat quando eſt generatio, ſecundo quando magis eſt generatio. ibi { Maxime autem generabitur. } Dicit ergo primo, ꝙ, quando eſt tranſmutatio non ſolum ſecundum paſsiones, ſed etiam ſecũdum totam rei ſubſtantiam: inquantum, ſcilicet materia accipit aliam formam ſubſtãtialem, ita, ſcilicet quod non maneat aliquod ſenſibile, quaſi ſit idem ſubiectum numero ens actu, puta quando ex toto ſemine generatur totus ſanguis, aut ex toto aere generatur tota aqua, nulla ſegregatione aut congregatione interuenientes, vt Democriti. poſuit, talis tranſmutatio eſt vnius generatio, & alterius corruptio. Deinde cum dicit.

VATAB.

Et maxime, ſi ex inſenſibili ad id quod aut tactu, aut ſenſibus vniuerſis ſenſibile eſt, mutatio fiat, aut contra. vt cum ex aere gignitur aqua, aut eadem in aerem corrumpitur. etenim aer propèmodum inſenſibilis eſt.

ANT. T. c. 24.

Maxime autem generabitur, ſi tranſmutabitur ex inſenſibili in ſenſibile, aut tactu aut omnibus ſenſibus: puta quando aqua generatur ex aere, aut corrumpitur in aerem. aer enim mediocriter inſenſibilis eſt.

Maxime generatio. T. c. 19.

Oſtendit quando maxime fit generatio. & dicit, ꝙ ſecundum tertium modum ſupradictum, qui accipitur ſecundum opinionem multorum, maxime dicitur aliquid generari, quando fit tranſmutatio ex aliquo, quod non poteſt bene ſentiri, in aliud, quod eſt bene ſenſibile vel ſecundum tactum, qui groſsior eſt & materialior omnibus ſenſibus, vnde vulgares ſecundum ipſum maxime vident aliquid eſſe ſenſibile inquantum eſt palpabile, aut etiam ſecundum alios ſenſus, ſicut cum aqua generatur ex aere, videtur eſſe ſecundum hunc modum generatio ſimpliciter: aut, quando corrumpitur in aerem, videtur eſſe corruptio ſimpliciter.

Aer modice ſẽſibilis.

Aer. n. eſt modice ſenſibilis, tum propter ſui raritatem, tum quia non excellit in potentia aliqua qualitas actiua, ſed paſsiua, ſ. huiuſmodi humidum. In igne autem, qui eſt maior aere, excellit qualitas actiua quæ eſt calidum. aqua autem eſt denſior aere, & excellit in ea qualitas actiua, quæ eſt frigidum: terra autem eſt denſiſsima omnium elementorum. Deinde cum dicit.

VATAB.

Ceterum in hiſce ſi qua è contrarietate affectio eadem remaneat in eo quod ortum eſt, quæ prius in eo quod interijt erat, ceu ſi, cum ex aere fit aqua, aeris perſpicuitas, aut frigus in aqua remaneat, affectionum alterutram eius eſſe in quod mutatio fiat minime oportet. ſin minus, erit alteratio. Verbi cauſa muſicus homo corrumpitur, & homo non muſicus gignitur, homo vero idem perſeuerat. Si ergo muſica, atque muſicæ vacuitas non eſſet affectio per ſe hominis, generatio profecto foret alterius, & alterius corruptio. Quapropter hæ hominis affectiones ſunt, hominis vero muſici hominiſque non muſici, generatio atque corruptio. Nunc autem id, eius quod permanet, affectus eſt. Proinde circa ea quæ eiuſmodi ſunt, alteratio exiſtit.

ANT.

In his autem ſi aliqua paßio manet eadem contrarietatis in generato et corrupto, puta quando ex aere aqua, ſi ambo diaphana, aut frigida, non oportet huiuſmodi paßionem, ſed alteram eſſe in quam tranſmutatur. ſi autem non, erit alteratio. V. g. muſicus homo corruptus eſt, homo autem immuſicus generatus eſt: homo autem manet id idem. Si igitur huius non paßio eſſet, ſed ſecundum ſe muſica & immuſica, huius quidem generatio eſſet, huius autem corruptio. Ideo hominis quidem hæc eſt paßio, (A) hominis autem muſici & hominis immuſici generatio quædam & corruptio. nunc autem paßio hæc manentis, ideoque alteratio eſt ſecundum talia.

Remouet quandam dubitationem. quia enim dixerat quod ſubiectum quandoq; manet facta tranſmutatione circa eius paſsiones, poſſet aliquis credere, ꝙ omne id, circa quod fit tranſmutatio aliquo adueniente, eſſet paſsio illius manẽtis. Sed ipſe hoc excludit dicens. In his corporibus, quę adinuicem tranſmutantur, quandoq; manet eadem paſsio, eadem. ſ. in generato & corrupto, ſicut quando ex aere fit aqua, ambo autem ſunt diaphana, i. tranſparentia vel frigida. non ꝙ aer ſit naturaliter frigidus, ſed per accidens. Non. n. oportet ꝙ huius permanẽtis, ſ. diaphani vel frigidi, alterum in quod fit tranſmutatio, ſ. aer vel aqua ſit paſsio. Si autem non eſſet verum quod nunc dicimus, ſequeretur ꝙ, quando (B) ex aere fit aqua, eſſet alteratio: ſemper. n. videmus ꝙ, quando id, quod tranſmutatur eſt paſsio permanentis, eſt alteratio: tunc autem generatio, quando id quod tranſmutatur non eſt paſsio permanentis. Et hoc manifeſtat per quoddam exemplum. dicitur. n. ꝙ homo muſicus corruptus eſt, quãdo homo amittit habitum Muſicæ & tunc homo immuſicus, ideſt habens priuationem Muſicæ, generatus eſt, eo ꝙ muſica non eſt paſsio hominis muſici, cum ſit de eius ratione: ſimiliter immuſica eſt de ratione hominis immuſici. vnde homo muſicus non manet idem numero, ſed homo manet idem numero. Si ergo muſica & immuſica non eſſet paſsio hominis, ſed eſſet de eius ratione, tunc per tranſmutationem muſicæ & immuſicæ fieret vnius generatio alterius corruptio: & quia hoc non eſt verum, ideo muſica eſt paſsio hominis: ſed hominis muſici eſt generatio & corruptio. & quia homo manet, vt patet, ſequi(C)tur ꝙ muſica ſit paſsio permanentis: & ideo alteratio aliqua eſt ſecundum paſsiones permanentium. Si ergo aqua & aer eſſent paſsiones diaphani, ſicut permanẽtis, ſequeretur ꝙ tranſmutatio aeris ex aqua eſſet alteratio.

Aer non eſt naturaliter frigid⁹, ſed per accidẽs.

Dubiũ an idẽ numero ſit accñs in genito & corrupto.

Sed dubitatur, vtrum eadem paſsio numero, quæ ſit altera pars contrarietatis, poſsit eſſe in generato & corrupto, vt ſupra dictum eſt. ſi. n. non remaneret eadem, non erit facilior tranſitus eorum inuicem, quæ habent ſimilitudinem, eo ꝙ oportebit vtrobique omnia remoueri. Similiter videtur ſequi, quod ſimile corrumpitur à ſuo ſimili. nam generans corrumpit id quod prius erat. Si autem ponatur quod maneat eadem numero, ſequitur primo quòd remoto priori ſubiecto, remaneat poſterius, ſcilicet paſsio: & ꝙ idem numero accidens ſit in duobus ſubiectis. Dicendum ergo quòd non manet idem numero, ſed id quod prius erat cor(D)rumpitur per accidens corruptione ſubiecti, recedente forma, quæ prius erat talis accidentis: & aduenit ſimile accidens conſequens formam de nouo aduenientem, vel accidentem. Et, quia per hoc accidens non erat aliqua repugnantia in agendo & patiendo, facilior fuit tranſmutatio. Nec eſt inconueniens, quòd ſimile corrumpat ſuum ſimile per accidens corrumpendo ſubiectum vel materiam. ſic enim maior flamma conſumit minorem. Deinde cum dicit.

VATAB.

Cum igitur contrarietatis mutatio in quantitate eſt accretio, atq; decretio: cum in loco, latio: cum in affectu atq; qualitate, alteratio. At cum id non remanet in quo affectuum alter aut omnino accidens exiſtit, tum generatio vnius eſt, & alterius corruptio.

ANT.

Quando quidem igitur ſecundum quantum eſt tranſmutatio

mutatio contrarietatis Augmentum, & Diminutio: quando autem secundum locum, latio: quando autem secundum passiones & quale, alteratio est: Quando autem nihil manet, cuius alterum passio & accidens, vniuersaliter hoc quidem Generatio est, huius aũt Corruptio.

Ostendit differẽtiam generationis ad alterationem, & ad alias transmutationes ex parte subiecti. & primo dicit, qualiter se habeat ad subiectum, quod est ens in actu: deinde quomodo ad id, quod est ens in potentia. ibi { Est autem hyle }. Dicit ergo primo ꝙ dictum est, ꝙ alteratio est ſm passiones alicuius permanentis, & hoc idem accidit in alijs mutationibus, quæ fiunt secundum accidentia, quæ adueniunt subiecto existenti in actu.

Quñ augmẽtum diminutio. Quñ latio.

Quando ergo est transmutatio de contrario in contrarium secundum quantitatem, puta de magno in paruum, aut è conuerso, est augmentum & diminutio eiusdem subiecti permanentis, eo ꝙ quantitas aduenit subiecto existenti in actu. F Quando autem est transmutatio secundum contrarietatem loci, puta sursum aut deorsum, est latio, i. motus localis eiusdem corporis permanentis, eo ꝙ esse vbi aduenit corpori actu existenti.

Quando alteratio.

Quando vero est transmutatio ſm contrarietatem in passionibus, i. passibilibus qualitatibus principaliter, & in alijs qualitatibus ex consequenti, tunc est alteratio eiusdem permanentis: quia etiam qualitas aduenit subiecto actu existenti.

Quãdo gñatio & corruptio.

Quando vero nihil manet actu existens: cuius alterum quod transmutatur sit passio & accidens, sit quodcunq;, est vniuersaliter generatio & corruptio: eo ꝙ forma substantialis, secundum quam est generatio & corruptio, nõ aduenit in subiecto actu existenti.

Digr. cõtra ponẽtes plures formas substãtiales in cõposito

Vnde patet falsam esse opinionem, quam tradidit Auicebron in Libro Fontis vitæ, ꝙ in materia est ordo formarum, ita ꝙ primo aduenit materiæ forma, secundum quam est substãtia, & postea alia, secundum G quam est corpus: & postea alia, ſm quam est animatum corpus: & sic de alijs. Cum autem idem sit constituere substantiam & facere hoc aliquid, quod pertinet ad substãtiam particularem. sequetur ꝙ prima forma, quę constituit substantiam, faciet hoc aliquid, quod est subiectum actu existens: & ita formæ posteriores aduenient subiecto permanenti, & secundum eas erit magis alteratio q̃ generatio secundum doctrinam, quam

T. c. 28.

hic Arist. tradidit. Est ergo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, formæ substantiales differunt secundum perfectius & imperfectius: quod autem est perfectius potest quicquid potest imperfectius, & adhuc amplius:

Aĩa rõnalis & sensitiua ĩ homĩe nõ differũt realiter, sed solum ſm rationem.

vnde forma perfectior, quæ facit animatũ, potest etiam facere corpus, quod facit forma imperfectior inanimati corporis, & sic nulla forma substantialis aduenit subiecto in actu existenti, nec præsupponit aliam formam communiorem realiter diuersam, quæ pertineat H ad consyderationem Naturalis. sed solum secundum rationem: quod pertinet ad consyderationem Logicam. Deinde cum dicit.

VATAB.

Porro subiectum ortus & interitus susceptiuum, maxime quidem ac proprie materies est. quodam autem modo, & id quoque quod cæteris alijs mutationibus subijci solet: propterea quòd subiecta omnia, quarundam contrarietatum susceptiua sunt. De generatione igitur ac corruptione si est necne, & quo pacto est, item de alteratione, hoc modo sit definitum atque determinatum.

ANT.

Est autem & materia maxime subiectum quidem proprium generationis & corruptionis susceptibile, modo autem aliquo & in alijs transmutationibus: quoniam omnia subiecta susceptiua sunt contrarietatum aliquarum. De generatione quidem igitur siue est, siue non est, quomodo est, & de alteratione determinatum sit hoc modo.

Comparat prædictas transmutationes secundum subiectum, quod est tantum ens in potentia. & dicit ꝙ prima materia est maxime proprium subiectum susceptibile generationis & corruptionis. quia, sicut dictum est, immediate substat formis substantialibus, quæ per generationem & corruptionem adueniunt & recedũt. Sed quodammodo, i. ex consequenti & mediate subijcitur omnibus alijs transmutationibus: quia subiecta aliarum transmutationum sunt susceptibilia aliquarum aliarum contrarietatum, quæ reducuntur in primam contrarietatem, quæ est formæ & priuationis, cuius subiectum est prima materia, vt dicitur in Primo Physi. T. c. 71.
& ideo omnia alia subiecta participant quodammodo materiam primam, inquantum ex materia & forma componuntur. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ determinatum sit hoc modo de generatione simpliciter, vtrum sit vel non sit: & si est, quomodo est: & similiter etiam de alteratione.

LECTIO. XI.

Augmentum & Diminutio quo nam ab ipsa generatione, & alteratione Separentur.

VATAB

Restat de accretione dicamus, quonam à generatione & alteratione differat, & quo pacto vnumquodque eorum, quæ suscipiunt incrementum, augeatur, & quoduis eorum, quæ decrescunt, diminuatur. Primo itaq; consyderare oportet, vtrum mutua earum inter se differentia in eo solum sita sit, circa quod versari solent. verbi gratia, vtrum eo solum inter se dissideant, quòd ea mutatio, quæ ex hoc in hoc tendit, puta ex substantia potentia in substantiam actu generatio sit, quæ vero circa magnitudinem versatur accretio & decretio, quæ autem circa affectum alteratio. atque earum, quæ posteriore loco dictæ sunt, vtraque etiam ex hisce quæ potentia sunt ad ea quæ sunt actu, mutatio sit.

ANT. T.c. 25.

DE augmentatione reliquum est dicere, quomodo differat à generatione & alteratione: & quo modo augmentatur vnumquodque quod augmentatur, & diminuitur quodcunq; diminuitur. Scrutandum itaq; primum, vtrum solum in circa quid est eorum differentia adinuicem? v.g. ea, quæ est ex hoc in hoc transmutatio, vt ex potentia substantia in actu substantiam, generatio est: quæ autem circa magnitudinem augmentatio & diminutio. quæ autem circa passionem, alteratio. vtrorunque autem ex potentia entium in actum transmutatio dictorum est.

Sermo de augmentatione.

Postquam Philosophus determinauit de generatione & alteratione, hic determinat de augmentatione & diminutione. & primo exponit suam intentionem dicens, ꝙ post generationẽ & alterationem, reliquum est dicere de augmentatione. de qua consyderare oportet primo in quo differat à generatione & alteratione. Secundo per quem modum augmentatur & diminuitur vnumquodq; quod augmentatur & diminuitur. Secundo ibi { Scrutandum vtiq; primum } Prosequitur suam intentionem. & primo ostendit differentiam augmentationis à generatione & alteratione, Secundo inquirit de modo augmentationis. ibi { Circa quid autem est transmutatio } T. c. 26.
Circa primum duo facit. primo supponit vnam differentiam, Secundo inquirit de alia.

ibi

ibi{ Aut etiam modus } Dicit ergo primo, ꝙ primum A eorum, quę sunt consyderanda circa augmentationem est, ꝙ oportet inquirere, vtrum differentia augmentationis à generatione & alteratione sit solum in circa quid, i. in genere, circa quod est quęlibet istarum transmutationum. Hæc enim est differentia manifesta, videlicet. ꝙ transmutatio, quæ est ex hoc in hoc, i. ex substantia ente in potentia, in substantiam entem actu, est generatio. transmutatio autem, quæ est circa magnitudinem est augmentatio, puta, quando aliquid transmutatur de paruo in magnum. transmutatio autem, quæ est circa passiones, i. passibiles, qualitates, est alteratio. Et, quia dixerat ꝙ generatio est transmutatio ex substantia in potentia in substantiam in actu, vt idem intelligatur etiam in alijs duabus supradictis mutationibus, subiungit ꝙ transmutatio vtrorumque prædictorum, s. magnitudinis & passionis, est ex potentia in actum. Et etiam motus est actus existentis in potentia, vt dicitur in Tertio Physi. Deinde cum dicit.

VATAB. *An etiam mutationis modus differat? Nam nec id quod alterationem subit, nec id quod generatur, necessario mutari loco cernitur. quòd autem accrescit aut decrescit cernitur.*

ANT. *Aut etiam modus differt transmutationis. videtur enim quòd alteratur non ex necessitate transmutans locum, neque quod generatur. quod autem augumentatur & diminuitur.*

Assignat aliam differentiam ex modo transmutationis. Et primo ponit differentiam, Secundo exponit. ibi. { Alio autem modo. } Dicit ergo primo; ꝙ in prædictis mutationibus etiam modus trāsmutationis differt. Non autem refert vt hæc litera legatur interrogatiue vel remissiue. in hoc enim differt modus prædictarum C transmutationum, ꝙ id quod alteratur, non ex necessitate transmutatur secundum locum. similiter etiam neque quod generatur, sed necesse est id quod augmentatur, aut diminuitur, secundum locum transmutari. Huius dicti ratio est: quia locus commensuratur locato, & hoc secundum magnitudinem, non autem secundum qualitatem vel substantiam: & ideo necesse est, quòd, quando mutatur magnitudo locati, ꝙ etiam fiat transmutatio secundum locum, non autem quādo transmutatur aliquid secundum substātiam vel secundum qualitatem. sicut autem commensuratio locati ad locum attenditur secundum magnitudinem, ita qualitas attenditur secundum formam substantialem, & ex consequenti secundum aliquam qualitatem, puta grauitatem vel leuitatem. & ideo licet generatio & alteratio possit esse sine mutatione locali: aliqua tamen generatio & alteratio est causa ꝙ aliquid moueatur secundum locum, puta cum fit ignis vel terra fit graue vel leue. Differentia autem aliarum transmutationum per comparationem ad motum localem non est omnino per accidens. ostensum est enim Octauo Physi. ꝙ motus localis est primus, principalis motus, & causa aliorum motuum. Deinde cum dicit.

Græca tñ lectio interrogationẽ postulat.

Cur id qđ augmentatur mouet localiter.

T.c. 58.

VATAB. *At alio quàm quod fertur modo. quod .n. fertur, tota mole locum mutat. quod autem accrescit, perinde atque quod distendi produciq; solet. hoc .n. manēte, partes alio,*

ANT. *Alio autem modo ab eo quod fertur. nam quod fertur vniuersum mutat locum: quod autem augmentatur, quemadmodum quod extenditur: hoc enim manente, particulæ transmutantur secundum locum.*

Manifestat quod dixerat, s. ꝙ id, quod augmentatur vel diminuitur, mutatur secundum locum. Et primo manifestat hoc per differentiam ad motum localem rectum, Secundo per differentiam ad motum localem sphæricum. ibi. { Non quemadmodum quæ sphæræ. } Dicit ergo primo, ꝙ alio modo transmutat locum id quod augumentatur vel diminuitur, quàm id quod fertur, s. motu recto. Illud .n. quod fertur, s. motu recto, vniuersum, i. secūdum se totum variat locum: illud autem, quod augmentatur mutat locum, sicut illud quod extenditur, puta metallum per malleationem, vel etiam humidum in vase per infusionem, siue quodcunq; huiusmodi corpus: quo quidem in eodem loco manente partes eius transmutantur secundum locum per extensionem, vel quocunq; alio modo. Deinde cum dicit.

VATAB. *Non sicuti globi partes, migrant, suumque deserunt B locum. nam globi partes toto manente æquali in loco, locū ex loco mutant. at partes eorum, quæ augentur, semper in ampliorem locum vergere solent, & eorum quæ decrescunt, in minorem. Generationem igitur alterationemq; & accretionem non solum obiecto, sed ipso item mutationis modo differre, perspicuum est.*

ANT. *Non quemadmodum quæ sphæræ. hæ enim in simili loco transmutantur manente toto: quæ autem eius quod augetur semper in ampliorem locum. in minorem autem, quæ eius quod diminuitur.*

T.c. 26. *Quod autem transmutatio differt non solum in circa quid, sed ex parte eius quod generatur & alteratur & augmentatur, manifestum est.*

Manifestat differentiam ad motum localem sphæricum. & dicit, ꝙ partes eius, quod augmentatur, mutant quidem locum, sed non eodem modo, sicut partes sphęræ. partes enim sphæræ transmutantur toto manente in eodem loco, scilicet subiecto: quamuis etiam totum mutet locum secundum rationem, vt dicitur in Sexto Physicorum. sed partes variant locum etiam subiecto, sicut pars cœli, quæ modo est in oriente, postmodum erit in occidente. sed talis transmutatio partium sphæræ sunt in simili loco, idest neque in maiori, neque in minori: sed partes corporis, quæ semper augentur, extenduntur in maiorem locum, eius vero quod diminuitur semper retrahuntur in minorem. Vltimo autem epilogando concludit manifestum esse ex prædictis quòd transmutatio eius quod generatur & alteratur & augetur, differunt non solum in circa quid, idest ex parte generis, in quo sunt istæ mutationes, sed sicut ex parte modi transmutandi.

T. c. 85.

LECTIO. XII.

D Quæstionis solutio, An materia, quæ subiectum augmenti est, expers sit magnitudinis actu vel potentia, nec ne.

VATAB. *At id circa quod accretio decretione uersari solet (uersari autem videtur, circa magnitudinem) vtro modo accretionem decretionemue subire existimandū est, vtrum, inquam, ex potentia quidem magnitudine ac corpore, sed actu nec corpore, nec magnitudine corpus fieri, an non, putandum est? atq; cum hoc bifariam dici contingat, vtro modo fit accretio? vtrum ex separata ipsa per se materia an existente in alio corpore?*

ANT. *Circa quid autem est transmutatio augmētationis & diminutionis. Circa magnitudinē aūt videtur esse augeri & diminui. Et qualiter suscipiēdum?*

T. c. 27. *Vtrum ex potentia quidem magnitudine et corpore, actu vero incorporeo, & sine magnitudine generari corpus, & magnitudinem? Et, cum hoc dupliciter contingat dici, qualiter augmentatio fit utrum ex separata ipsa secundum se materia, an ex existente in alio corpore?*

Postquam Philosophus ostendit differentiam augmenti à generatione & alteratione, hic incipit inquirere de modo augmenti & primo quãtum ad subiectum quod augetur, Secundo quantum ad id, quo aliquid
T. c. 32. augetur. ibi. { Suscipiendum itaque. } Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem, Secundo inquirit quæstionis veritatem. ibi. { Aut impossibile. } Circa primum duo facit. Primo proponit quid ex prædictis sit manifestum circa augumẽtum: & quærit circa quid sit transmutatio augumenti & diminutionis. Et respondet, ꝙ motus augumenti & diminutionis videtur esse circa magnitudinem. Secundo ibi. { Et qualiter. } F Ostendit quid restat inquirendum. & dicit ꝙ accipiendum est de cætero qualiter fiat augumentum vel diminutio. Et quãtum ad subiectum augumenti, primo mouet hanc quæstionem, vtrum contingat ꝙ per augumentum generetur magnitudo & corpus ex eo ꝙ est in potentia ad magnitudinem, & corporeitatem: ita. s. quòd sit actu incorporeum, & sine magnitudine, vel non. & subdiuidit primum membrum quæstionis: dupliciter enim potest dici ꝙ aliqua materia actu existens sit sine corporeitate & magnitudine, vnde rationabiliter quæritur, si talis materia sit subiectum augmenti, qualiter ex ea augmentatio fiat, vtrum, s. ipsa materia sine corporeitate & magnitudine existens sit secundum seipsam separata existens, aut ita ꝙ sit in aliquo corpore; non tamen pars eius. nam, si esset pars eius, esset subiectum corporeitati & magnitudini ipsius,

Deinde cum dicit.

VATAB. *An neutro modo fieri nequeat? nam si separata sit, aut nullum occupabit locum, veluti punctus quidam, aut vacuum, vel corpus non sensibile erit: horum autem alterum non contingit, alterum necesse est in aliquo esse. quod enim ex eo oritur, id semper alicubi erit: quare & illud, aut per se, aut per accidens.*

ANT. *Aut impossibile vtrunq;. separata enim aut nullum possidebit locum, vt punctus aliquis, aut vacuum erit, & corpus non sensibile. horum autem hoc quidem non contingit, hoc autem necesse in aliquo esse. semper enim alicubi erit quod generatur ex eo: quapropter & illud aut secundum se, aut secundum accidens.*

Determinat quæstionem motam. & primo ratione accepta ex parte materię vel subiecti, Secundo ratione
Tex. c. 31. accepta ex parte augmenti. ibi { Amplius autem talis. } Circa primum duo facit. Primo determinat quæstio- H nem prædictam ratione sumpta ex parte materiæ, se-
Tex. c. 29. cundum ꝙ ab ipso consyderatur, Secundo secundum ꝙ consyderatur à Platonicis. ibi { Sed neque puncta. } Circa primum tria facit. Primo excludit primũ membrum primæ diuisionis, s. ꝙ materia sine magnitudi-
Tex. c. 28. ne sit separata existens. Secundo ibi. { Sed si in aliquo existat. } Excludit secundum membrum, s. ꝙ materia separata à magnitudine non sit in aliquo, Tertio con-
Tex. c. 29. cludit propositum. ibi { Melius ergo. } Dicit ergo primo ꝙ vtrunq; membrum secundæ diuisionis est impossibile. & primo hoc ostendit quantum ad hoc ꝙ im-
Impoſſe est materiã sine magnitudine per se existere. possibile est materiam sine magnitudine existentem per se separatam existere. quia, si sit separata, oportet alterum duorum esse; quorum vnum est, ꝙ nullum possideat locum, sicut punctus, cuius non est locus, eo ꝙ omnis locus dimensionem habet aliquam: aut oportet si materia sine quantitate existens occupet locum aliquem, ꝙ sit aliquis locus vacuus. Nam vacuum dici-
Vacuum 4. Phy. c. com. 50 & infra. mus locum non repletum sensibili corpore. vel etiam oportet ꝙ sit quoddam corpus non sensibile. Nam vacuum nihil aliud dicebant, nisi corpus non sensibile. Oportet. n. dicere vacuum corpus, propter dimensionem spacij: non sensibile autem, propter vacuitatem. horum autem duorum alterum est impossibile, s. ꝙ sit vacuum, vel corpus non sensibile. Similiter impossibile est, ꝙ materia separata existens nullum possideat locum: materia enim est, ex qua generantur corpora sensibilia: hoc autem, ex quo corpora sensibilia generantur, necesse est in aliquo loco esse: semper enim videmus ꝙ id, quod generatur, ex eo ex quo generatur est alicubi, i. in aliquo loco determinato. Ibidem autem est quod generatur ex aliquo, vbi fuit id, ex quo generatur: ergo oportet id, ex quo generatur aliquid secundum materiam, esse alicubi, vel per se vel per accidens. per se quidem secundum opinionem antiquorum Philosophorum ponentium materiam corporum naturalium esse aliquod corpus actu, puta ignem, aut aerem, aut aquam: per accidens autem secundum opinionem Platonis, & suam, qui ponebat materiam esse ens in potentia. Deinde cum dicit.

At vero si sit in aliquo, & ita quidem seiunctum sit vt nihil illius aut per se aut per accidens sit, multa profecto vel quæ fieri nequeant euenient. Dico autem, vt si ex aqua fiat aer, idem non erit, aqua mutationem subeunte, sed quia in aqua, vt in vase materies eius est. Nihil. n. vetat infinitas esse materias: quare & actu fieri. Adde quod, nec ita aer ex aqua oriri videtur, vt permanente VATAB.
G *aqua, aer inde egrediatur.*

Sed, si in aliquo existit, siquidem separatum ita vt non illius secundum se, aut secundum accidens aliquid sit, contingunt multa impossibilia. Dico autem, v. g. si generabitur aer ex aqua, non aqua erit transmutata. sed propterea quòd in aqua vt in vase inest materia eius, cuius est. infinitas. n. nihil probibet materias esse: quapropter & generari actu. Amplius neque sic videtur generari aer ex aqua, vt exiens à manente. ANT. Tex. c. 28.

Excludit secundum membrum ostendens ꝙ materia separata à magnitudine non sit in aliquo. & primo proponit quod intendit. & dicit. ꝙ, si materia sine magnitudine existens ita sit in aliquo corpore separata à substantia eius, ꝙ non sit aliquid eius per se vel per accidens, contingunt multa impossibilia. & manifestat hunc modum ponendi. puta si ponamus, ꝙ, quando generatur aere ex aqua, non fiat hoc per transmutationem aquæ, ita, s. ꝙ materia aquę amittat formam aquæ, & recipiat formam aeris, sed sicut si materia aeris esset in aqua, sicut in vase. Secundo ibi. { Infinitas. n. } Ponit rationes deducentes ad inconueniens. quarum prima est ꝙ, si in aqua præter materiam est etiam materia aeris, pari ratione potest etiam esse in aliqua alia, & sic in infinitum: præsertim, quia ex vno possunt infinita generari successiue. & ita sequeretur, ꝙ nihil prohibeat esse infinitas materias in aqua: sed ex materia qualibet potest aliquid actu generari: ergo sequeretur ꝙ infinita possint actu generari ex vna & eadẽ aqua, ita, s. ꝙ quicquid potest generari in potentia, simul potest generari actu.

Materia separata a magnitudine non est in aliquo.

Prima rõ.

Secundam rationem ponit. ibi { Amplius neq; sic. } Secũda rõ.
Et dicit ꝙ non videmus aliquid sic generari ex aliquo,

puta

Sẽsibile apparens accipiẽ vt principiũ in scia Naturali.

puta aerem ex aqua, sicut quod exit ex aliquo permanente. puta cum vinum exit à dolio non transmutato, videmus.n.ꝙ generatur ex corrupto, sicut supra dictũ est. oportet autẽ id, quod sensibile apparet, accipere vt principium in Scientia Naturali. Deinde cum dicit.

VATAB.

Satius igitur fuerit, inseparabilem omnibus materiam tribuere. vt pote qua vna numero eademque sit, ratione non vna.

ANT. Tex. c. 29.

Melius ergo est facere inseparatam materiam eãdem & vnam numero, ratione autem non vnam.

Materia est vna numero, oium & non differt nisi sm rationem.

Concludit veritatem dicens, ꝙ melius est dicere, ꝙ materia sic insit omnibus, ꝙ non separetur ab eis, tanquam nihil eorum existens. Sed ꝙ vna & eadem numero sit materia omnium, & differat solum ratione, sicut supra dictum est: & sm hoc non erit separata à magnitudine, sed in vnoquoq; actu magnitudini subiecta.

LECTIO XIIII.

* Nullum magnitudine carens posse esse augmentationis subiectum ostenditur.

VATAB.

At vero, nec puncta nec lineas, corporis materiam ponere iisdem de causis oportet.

ANT.

SEd neq; puncta ponendum, neque lineas corporis esse materiam propter easdem causas.

Materiã nõ esse aliquid mathematicum.

Supra Philosophus ostendit ꝙ non est possibile subiectum augmenti esse id quod nullam habet quantitatem actu, sed in potentia tantum, sicut est materia. Et, quia quidam posuerunt materiam corporum esse quid mathematicum, ideo Philosophus hic ostendit ꝙ nihil, quod caret magnitudine potest esse subiectũ augmenti. Caret autem quantitate in genere mathematicorum punctus quidem simpliciter, linea vero secundum dimensionem latitudinis & profunditatis, superficies autem sm dimensionem profunditatis, corpus autem habet magnitudinem secundum omnem dimensionem: vnde est perfecta magnitudo, vt dicitur in .1. de Cœlo.

Text. c. 3.

Ostendit ergo ꝙ nihil talium, quod quocunq; modo caret magnitudine, potest poni materia, quæ sit subiectum augumenti tripliciter. primo quidem propter rationes præmissas. vnde dicit, ꝙ neq; ponendum est puncta, quæ carent omnino magnitudine, esse corporis materiam, quæ, s. sint subiectum augumenti: neq; etiam lineas, quæ sm aliquid carent magnitudine: & hoc propter easdem causas, i. propter rationes superius assignatas. quia necesse est puncta, & lineas separatim per se existere, aut in aliquo corpore esse: & sic sequerentur eadem, quæ superius secuta sunt. Deinde cum dicit.

VATAB.

Sed cuius vltima sunt hæc, id materies est, quæ nec sine affectu vnquam, nec sine forma esse potest. Gignitur igitur absolute aliud ex alio. id quod alio quoq; loco iam definitum est: atq; ab aliquo actu existente, quod eiusdem sit aut generis aut speciei, vt ignis ab igne, aut ab homine homo: aut ab actu: durum.n. à non duro fit.

ANT. Tex. c. 30.

Illud autem, cuius hæc sunt vltima, materia est, quam nunquàm sine passione possibile est esse, neq; sine forma. Generatur quidem igitur simpliciter alterum ex altero, quemadmodum & in aliis determinatum est: & ab aliquo, aut actu existente, aut homogeneos, aut homoideos, verbi gratia ignis ab igne, aut homo ab homine: aut ab actu. durum.n. à non duro generatur.

Improbat hoc per ipsam positionem Platonicorum qui ponebant ꝙ mathematica erant substantia corporum naturalium. &, quia puncta, & lineæ sunt termini dimensionum, sicut forma est terminus materiæ, ponebant ꝙ id, quod per huiusmodi terminatur, esset materia corporum: ipsi autem termini magis se habent in ratione formæ. & hoc est quod dicit, ꝙ id, s. dimensio vel magnitudo, cuius hoc, s. puncta & lineæ sunt vltima, erat materia secundum Platonicos. Secundo ibi. { Quam nunquàm. } Ostendit consequenter ꝙ nihil horum potest esse materia corporum: quia. s. secundum eos mathematica sunt separata à formis naturalibus & passionibus sensibilibus, sicut secundum intellectum, & ita & secundum esse: sed materia non potest separari à formis naturalibus & passionibus sensibilibus: ergo impossibile est aliquid mathematicorum esse materia corporum naturalium. Primo ergo proponit medium suæ rationis dicens, ꝙ materiam neq; possibile est esse sine passibili qualitate, neq; sine forma: sine quibus tamen secundum Platonicos sunt mathematica.

Materia nõ est inseparabilis a passiõe & a forma.

Secundo ibi. { Generatur quidem. } Probat quod supposuerat. & primo ꝙ materia non possit esse sine forma. Secundo ꝙ non possit esse sine passione. ibi { Quoniam autem est. } Dicit ergo, ꝙ sicut in alio libro determinatum est, puta in Primo Phys. simpliciter generatur alterum ex altero. fit enim vnumquodq; ex subiecto, quod est materia. oportet etiam ꝙ id, quod generatur, generetur ab aliquo agente actu aut homogeneos, i. saltem quod sit vnius generis, aut homoydeos. i. ꝙ sit vnius formæ vel speciei. & exemplificat, ꝙ ignis generatur ab igne, sicut ab agente vnius speciei, & sicut homo generatur ab homine: aut oportet ꝙ saltem ab aliquo actu existente, siue ab actione alicuius actu existentis aliquid generetur: etiam si generans simile non sit generato in genere seu specie, sicut durum generatur à non duro, puta cum lac induratur per ignem.

Tex. c. 71.

Contingit autem ꝙ aliquod factum non assimilatur in forma agenti, vno quidem modo, quia illud factum non primo & per se respondet facienti, sed per accidẽs, siue per posterius. per accidens quidem, sicut musicus sanat non inquantum musicus, sed inquantum est Medicus: sanitatis autem similitudo non est in musico inquantum musicus, sed inquantum est Medicus, qui per formam sanitatis, quam habet in anima, facit sanitatem in corpore. per posterius autem, sicut cum qualitas effecta est effectus consequens aliquam primarum qualitatum. sicut sanitas causatur ex aliqua medicina calida per calorem, quem facit in corpore: quamuis in ipsa medicina non sit forma sanitatis. Secundo per hoc ꝙ agens agit instrumentaliter. instrumentum enim non agit virtute propriæ formæ, sed inquantum mouetur à principali agente, quod per suam formam agit. vnde effectus assimilatur in forma, non quidem instrumento, sed principali agenti. sicut domus, quæ fit in materia, domui quæ est in mente ædificantis, non autem securi aut asciæ. & homo generatus assimilatur in specie patri generanti, non autem semini. Tertio, quando materia patientis non est proportionata ad recipiendum formam agentis propter illius excellentiam, sed recipit aliquid minus. sicut in animalibus, quæ generantur sine semine ex virtute Solis. Et inde est etiam ꝙ effectus non assimilatur in specie agenti remoto, sed propinquo, vt homo homini, non autem Soli: quamuis homo generet hominem & Sol, vt dicitur in Secundo Physico. Sicut autem vnumquodque ab agente generatur aliqualiter simili secundum formam, ita corrumpitur aliquid à contrario. Et, quia generatur aliquid ex corrupto, vt supra dictum est, necesse est materiam,

Qñ factum nõ assimilatur agẽti in forma. Primo.

Secundo.

Tertio.

Tex. c. 26.

tiam, ex qua aliquid generatur, & in quam aliquid corrumpitur, semper habere aliquam formam, per quam assimiletur vel contrarietur generanti vel corrumpenti. Deinde cum dicit.

VATAB. *Cum autem & corporeæ substantiæ materies sit corporis iam talis (nullum n. est commune corpus) eadem & à magnitudine & ab affectu, ratione quidem, non item loco separabilis est, nisi & ipsi quoq; affectus separabiles sint. Patet igitur ex his, quæ addubitauimus, accretionem non esse mutationem è potentia quidem magnitudine, actu vero nullam habente magnitudinem, quandoquidem quod commune est, separabile esset: hoc autem esse non posse, dictum iam est.*

ANT. Tex. c. 31. *Quoniam autem est materia & substantiæ corporeæ, & corporis talis. (Corpus. n. commune nullum) eadem passionis & magnitudinis est, ratione quidem separata, loco autem non separata, nisi & passiones sint separabiles. Manifestum autem est ex quæsitis, quoniam augmentatio non est transmutatio ex potentia magnitudine, actu autem nullam habentem magnitudinem. separatum n. esset ipsum commune. hoc autem, quoniam impossibile, dictum est in alijs prius.*

Quod materia nõ sit separata a passionib⁹. Ostēdit ꝙ materia non sit sine passione. Non. n. materia est nisi substantiæ corporeæ. substantiæ. n. incorporeæ immateriales sunt. vnde sequitur ꝙ omnis materia sit talis corporis. non. n. potest esse aliquod corpus commune, quod non sit determinatum ad aliquam speciem, & ad aliquod indiuiduum. omne autem tale corpus necesse est habere aliquam passionem, vel consequentem formam specificam, qualis est propria passio, vel qualitercunq; aliter aduenientem: sicut sunt accidentia indiuidualia. ergo necesse est ꝙ eadem materia, quæ est subiectum magnitudinis, sit etiam subiectum passionis: ita quidem ꝙ materia, quæ est subiectum magnitudinis, sit ratione separata à passione. sicut est alia ratio hominis, & albi, loco autem, i. substantia, non separantur. nisi quis dicat ꝙ passiones sunt separabiles à substantiis, quod est impossibile. Et, quia Philosophus videbatur digressionem quandam à proposito fecisse, colligit propositum ex omnibus præmissis dicens, manifestum esse ex omnibus, quæ inquisita sunt, ꝙ augmentum non est transmutatio ex aliquo, quod sit in potentia ad magnitudinem, ita ꝙ actu nullam magnitudinem habeat. sequeretur. n. ꝙ commune subiectum, s. materia prima, esset separatum per se existens absque omni forma: quod & nunc ostensum est esse impossibile. & etiam prius in alijs libris, puta in Primo Physico. Deinde cum dicit.

Tex. c. 69. VATAB. *Præterea talis mutatio accretionis propria non est, sed generationis. nam Accretio magnitudinis, quæ in quopiam inest, augmentatio est: Decretio vero einsdem, diminutio. Quamobrem id, quod accrescit, magnitudinem quandam habeat oportet. Proinde nequaquam conuenit, accretionem è materia, quæ magnitudinis sit expers, ad actum magnitudinis esse: potius enim esset generatio corporis, non accretio.*

ANT. *Amplius autem talis transmutatio non augmentationis est propria, sed generationis. Augmentatio. n. est existentis magnitudinis additamentum: Diminutio autem minoramentum. ideo oportet habere aliquam magnitudinem quod augetur. quapropter non ex materia sine magnitudinis oportet augmentationem esse in actu magnitudinis. generatio enim vtique erit magis corporis, non augmentatio.*

E Ostendit propositum ratione sumpta ex parte augmenti. & dicit, ꝙ talis transmutatio, quæ, s. fieret ex eo quod solum esset in potentia ad magnitudinem, non proprie pertineret ad augmentum, sed magis ad generationem: quia de ratione augmenti est ꝙ fiat additio ad præexistentem magnitudinem. Dicitur. n. aliquid augeri ex eo quod fit maius: quod non esset nisi aliquid prius esset magnum. Et per oppositum, de ratione diminutionis est ꝙ fiat quędam minoratio magnitudinis præexistentis. vnde patet ꝙ oportet id quod augetur habere aliquam magnitudinem. Et sic oportet ꝙ augmentatio fiat, non quidem ꝙ materia, quæ erat sine magnitudine in actu, perueniat ad hoc ꝙ habeat magnitudinem in actu: hoc enim non esset augmentatio corporis, sed generatio: cuius rationis est ꝙ fiat aliquid in actu, quod prius fuit in potentia.

F

LECTIO. XIIII.

Quæ natura sit eius, quo aliquid augetur, natura inquiritur.

VATAB. *Potius itaq; sumamus oportet, quasi tractantes ab initio quæstionem, qualis accretio decretioue, cuius causas quærimus, existat. Igitur eius, quod accrementum suscipit, pars quæuis augeri videtur. Atq; pari modo in decretione, minor euadere. Præterea accedente quopiam accrescere, & abeunte decrescere.*

ANT. Tex. c. 32. *Suscipiendum itaq; magis, quasi tangentes quæstionem à principio, qualis alicuius entis augmentari & diminui causas quærimus. Videtur itaque eius, quod augetur, quæcunq; pars aucta esse. Similiter autem in diminutione minor esse generata. Amplius autem adueniente aliquo augmentari, & recedente diminui.*

Postquam Philosophus determinauit de augmento G ex parte eius quod augetur, hic inquirit de eo, quo aliquid augetur. Et primo proponit de quo est intentio: & dicit, ꝙ, cum de ratione augmenti sit ꝙ sit additamentum magnitudinis: hoc magis videtur esse suscipiendum ad præsentem consyderationem, sicut difficilius, quasi aliquod principium questionis facientes, quale sit id, quo aliquid augetur vel diminuitur, vt sic augmenti & diminutionis causas conuenientes inquiramus. Secundo ibi. { Videtur vtiq; eius. } Exequitur propositum. Et primo ponit diuisionem intētam principaliter. Secundo interponit aliam quæstionem. ibi { Quæret autem aliquis. } Tertio soluit quæstionem principalem. ibi { Quoniam autem de his quæsitum est. } Circa primum tria facit. Primo proponit duas suppositiones, Secundo mouet dubitationem. ibi { Necesse autem augmentari. } Tertio excludit quandã obuiationem. ibi { Sed neq; si contingit. } Prima ergo suppo H sitio quam primo proponit, est hæc, s. ꝙ eius, quod augetur, quælibet pars videtur esse augmentata. Et similiter de diminutione quælibet pars eius quod diminuitur videtur esse facta minor. cuius ratio apparet ex eo quod dicitur in Quinto Phy. illud. n. cuius aliqua pars mouetur, dicitur moueri secundũ partem, & non simpliciter: sicut homo dicitur vulnerari, cuius manus vulnerata est. Ad hoc ergo ꝙ aliquid per se & simpliciter moueatur, requiritur ꝙ quælibet pars eius moueatur. quod quidem etiam in augmento, & omnibus alijs motibus obseruari oportet. Secunda suppositio est, quòd omne quod augetur, augmentatur aliquo aduenıente extrinseco, & similiter diminuitur aliquid aliquo recedente. cuius ratio est, quia oportet aliquid in actu

Quod augetur f[illegible] libet partẽ augetur.

Tex. c. 1.

Augmentũ fit aliquo extrinsecus aduenıete.

actu reduci per id quod est: actu vnde secundum hoc, A id, quod est in potentia ad maiorem quantitatem, reducitur in actum illius quantitatis per aliquid quod habet actu quantitatem illam: & hoc est quod adijcitur ei quod augetur. Deinde cum dicit.

VATAB. *Itaq; aut incorporeo, aut corpore augeri illud, necesse est. Si igitur incorporeo, quod commune est separabile erit. At à magnitudine materiam esse separabilem, quemadmodum prius est dictum, impossibile est. Sin vero corporeo, duo corpora, id, inquam, quod augetur, & quod auget, in eodem erunt loco. quod etiam fieri nequit.*

ANT. *Necesse autem augmentari, aut incorporeo, aut corporeo. Siquidem igitur incorporeo, erit separatum quod commune. impossibile est autem materiam à magnitudine esse separabilem, quemadmodum dictum est prius. Si autem corporeo, duo in eodem loco corpora erunt, & quod augetur, & quod auget. est autem & hoc impossibile.*

Dubium. Proponit dubitationem, quę sequitur ex duabus pręmissis diuisionibus, Si enim eius, quod augetur, oportet quamlibet partem augeri: & omne augmentum fit per alicuius additionem: consequens est ꝙ cuilibet parti eius, quod augetur, oporteat aliquid addi. necesse est ergo ꝙ id, quod additur, quo dicitur aliquid augeri, aut esse corporeum, aut incorporeum separatum ab omni quantitate corporali. Sed, sicut supra ostensum est, impossibile est ꝙ materia separata sit à magnitudine: vnde patet ꝙ id, quo aliquid augetur, non potest esse incorporeum. Et iterum, si esset incorporeum, non esset quantum in actu: vnde sui appositione non faceret maius secundum quantitatem. Si autem dicatur, id, quo addito, aliquid augetur, esse corporeum, sequeretur duo corpora simul esse in eodem loco, s. corpus, quod augetur, & corpus additum quod auget. Non. n. potest dici quod collocetur seorsum corpus quod augetur, & corpus quod auget: quia oportet additamentum fieri cuilibet parti eius quod augetur, quod ex supradictis suppositionibus sequitur: & hoc etiam est impossibile. s. quòd duo corpora sint simul in eodem loco. & sic sequitur inconueniens ad vtramque partem quæstionis. Deinde cum dicit.

Duo corpora simul in eodē loco est impossibile.

VATAB. *At vero nec accretionem decretionemùe perinde fieri, atq; cum ex aqua fit aer: tunc enim moles fieri maior assolet) dicere contingit. non. n. id accretio sed eius quidem in quod mutatio fit generatio, contrarij vero corruptio erit, neutrius autem, accretio. Immo aut nullius, aut si quid vtrisque, ei, inquam, quod oritur, & ei quod interierit commune est, veluti corpus, eius erit. & nec aqua, nec aer accrescit: verum illa interijt, hic oritur: sed corpus, si quid augeatur. At hoc quoq; fieri nequit. Nam ea seruare oportet, quæ ei quod accrescit, decrescitùe, ratione competunt. Hæc autem tria sunt. quorum primum est, magnitudinis quæ accrescit partem quamlibet maiorem effici. verbi gratia, si caro carnis. Alterum, accedente quopiam. Tertium, seruato pariter atque manente eo quod accretionem subit. Nam, cum quippiam simpliciter, absoluteque gignitur aut interit, non permanet. At cum alteratur, aut accrescit decrescitùe, quod alteratur aut incrementa suscipit, id permanet. verum illic affectio, hic magnitudo eadem non manet. Quod si mutatio illa, quam diximus, esset accretio, contingeret profecto quippiam nulla re accedente permanenteùe accrescere, nullaque abeunte decrescere, & id non manere, quod suscipit accretionem. At hoc, seruare oportet. quippe, cum accretio talis esse supponatur.*

ANT. Tex. c. 33. *Sed nec sic contingit fieri ac generari dicere augmentationem & diminutionem, vt quando ex aqua aer: tunc enim maior moles generata est. non. n. augmentatio hæc, sed generatio quidem eius in quod transmutatur erit, corruptio autem contrarij, augmentatio autem neutrius. Sed aut nullius, aut, si aliquod commune amborum existit, eius quod generatur, & eius quod corrumpitur, ver. g. si corpus. aqua autem non aucta est, neq; aer sed hoc quidem deperijt, hoc autem generatum est: corpus autem siquidem id ad auctum est. Sed & hoc impossibile. Oportet autem saluare rationem & existentiam eius quod augetur & diminuitur. Hæc autem tria sunt. quorum vnum est quamcunque partem maiorem esse eius quod augetur magnitudinis, ver. g. si caro, carnis. Et adueniente aliquo Et tertium, vt saluetur & permaneat id quod augetur. Cum. n. generat aliquid simpliciter & corrumpitur non* B *manet idem. quod autem augetur aut alteratur, aut minuitur manet idem. Sed tamen hic quidem passio, hic autem magnitudo non manet eadem. Si itaq; erit illic prædicta augmentatio, continget nullo adueniente neq; manente augeri, & nullo recedente diminui, & non manere quod augetur: sed oportet hoc saluare: subiecta enim est augmentatio talis.*

Hæc tria sūt augmento necessaria.

Excludit quandam obiectionem. Posset. n. aliquis dicere, ꝙ augmentum fit nullo alio apposito. sicut, qñ ex aqua generatur aer, videtur esse quoddam augmentum, quia fit maior quātitas sed per hunc modum non contingit fieri augmētum seu diminutio: talis. n. transmutatio non est augmentum, sed est generatio eius, in quod transmutatur, s. aeris, & corruptio eius qđ transmutatur, s. aquæ contrarietate calidi & frigidi. Non autem potest dici augmentatio neq; aeris, neq; aquæ, sed nec vllius est augmentatio. vel erit augmentatio illius, C quod est commune vtriq;: si tñ aliquid sit tale. sicut corpus videtur esse aeri & aquæ commune, vt dicatur ꝙ aqua non est augmentata, neq; aer: quia aqua corrupta est, & aer generatus: sed corpus est quod augetur, si aliquid ibi augmentatū est: sed hoc est impossibile. Oportet. n. ad hoc ꝙ aliquid dicatur augeri ꝙ saluentur ea, quæ sunt de ratione eius, quod augetur & diminuitur: quæ quidem sunt tria. Quorum primum est, & supra positum est, s. ꝙ quælibet pars magnitudinis. quæ augetur, fiat maior. puta si caro augetur, ꝙ quęlibet pars carnis sit maior. Secundum etiam supra positum est, s. ꝙ aliquo adueniente aliquid augetur. Tertium autem est, quod, s. nūc ponitur de nouo, vt, s. id quod augetur conseruetur & permaneat in suo esse. Quia. n. generatio & corruptio sunt transmutationes circa substantiam: cum simpliciter aliquid generatur vel corrumpitur non per D manet eius substantia, puta circa qualitatem, aut quantitatem. & ideo, cum aliquid alteratur seu augetur vel diminuitur manet idem numero secundum substantiā. Sed hic quidem, s. in alteratione, non manet eadem passio: sed in augmento & diminutione non manet eadem magnitudo, sed fit maior vel minor. Si ergo prædicta transmutatio, quæ ex aqua fit aer, esset augmentatio, sequerentur duo contraria prædictis positionibus. Quorum vnum est, ꝙ aliquid augeretur nullo alio adueniente, & diminueretur nihilo recedente. Aliud autem est, ꝙ id, quod augetur non maneret. neq; aqua, neque corpus, quod videtur esse commune, manet idem numero. Vnde etiam signāter supra dixit, si aliquid est commune. quia, s. nihil actu ens idem numero existens ſm substantiam, est cōmune ei quod corrūpitur & ge-

Qñ ex aqua fit aer nō ē augmētum sed generationem cōsequitur rarefactio.

Tria sūt in augmento attendēda.

Alteratio aūt & augmētatio sūt transmutationes circa accidētia.

 neratur.

neratur. Oportet autem prædictas positiones saluate in omni eo quod augetur. hoc.n.supponitur quasi principium: q augmentatio sit talis transmutatio qualis supra dicta est.

Dubium. Tex.cõ.84. 8.Physi.55.

Sed videtur nihil prohibere aliquid augeri nullo adueniente. probat enim Philosophus in.4. Phy.q sicut aliquid fit albius non super addito alio albo, sed per intensionem albedinis præexistẽtis, in quantum, s. subiectum reducitur in actum perfectioris albedinis: ita etiam potest fieri aliquid maius absq; additione alicuius corporis magnitudinem habentis, per hoc; quod materia, quæ prius erat sub paruis dimẽsionibus, postea sit facta sub maioribus. Nam idem est subiectum magnitudini & paruitati, sicut & albi & nigri. & hoc manifeste apparet in rarefactione. Rarefactio autem contingit non solum transmutata specie, puta cum ex aqua generatur aer de quo hic loquitur Aristot. sed etiam eadem specie manente, sicut si aer rarefiat vel condensetur.

Solutio. Rarefactio non est augmẽtum sed alteratio.

Dicendum est autem q talis transmutatio non potest proprie dici augmentum, sed alteratio. fit enim secundum transmutationem passibilium qualitatum, s. rari & densi. variatio autem qualitatis aut quantitatis se habet ex consequenti. Sicut ex motu, qui est secundum locum variatur motus secundum dextrum vel sinistrum: non tamen dicitur motus secundum situm, quia variatio situs consequenter se habet ad variationem loci. Deinde cum dicit.

VATAB.

Sed quæret aliquis, quid est quod accrescit, vtrum id cui non nihil additur? verbi causa si quid crus augeat, crus ne maius euadit, quod autem incrementum præstat, ipsum inquam alimentum, minime? Sed cur non ambo incrementa suscipiunt? Nam tam quod additur quam cui additio fit, maius reddi assolet, haud secus atq; cum aquæ vinum miscueris: pari.n.ratione vtrunq; maius est.

ANT. Tex. c. 34.

Quæret autem aliquis: & quid est quod augetur, vtrum cui apponitur aliquid, aut quod apponitur. ver.g. si crus quod augetur hoc fit maius, quod autem auget, cibus non. Quare igitur non ambo aucta sunt? Maius enim quod apponitur & cui. quemadmodum & quando miscens vinum aquæ: similiter enim maius vtrunque.

Alia q̃stio.

Mouet autem aliam quæstionem. & primo proponit eam, secundo soluit eam. ibi { Aut quoniam huiusmodi. } Dicit ergo primo, q, cum augmentum fiat aliquo superaddito, remanet quæstio, quod est id quod augetur: vtrum, s. id, cui apponitur, aut quod apponitur: vel potius augetur vtrunq;. Verbi gratia. cruri alicuius animalis apponitur aliquid, s. cibus: vtrum ergo crus augetur & fit maius, cibus autem, qui apponitur vel additur, non augetur, sed auget: quare ergo ambo non augmentata sunt: vtrunque enim non fit maius: sed id quod apponitur non, & id cui apponitur sic: & sicut quando vinum miscetur aquæ videtur vtrunque augeri: quia vtrunque fit maius eodem modo. Deinde cum dicit.

VATAB.

An quia huius substantia maneat, illius vero, puta cibi, haud quaquam. Quando & illic quoq; quod euincit ac superat in ipsa mistione augeri dicitur, ceu vinum. nam vniuersa mistura vini, non aquæ, functionem exercet. In alteratione quoq. similiter si caro & substantia ipsa maneat, eorum vero affectuum, qui per se competunt quispiam insit, qui prius non inerat, hoc sanè alteratum est. Id autem, quo alteratum est, interdum nihil patitur, interdum & illud quoque pati solet. Verum quod alterat, atque motus principium, in eo est quod alteratur & eo quod accrescit. quod.n.mouet, in hisce est. Quandoquidem & quod ingeri solet, fieri aliquando maius potest, & corpus quod eo fruitur. vt si quod ingeritur, spiritus fiat. verum cum hoc patitur, corrumpi solet, nec in eo est id quod mouendi vim obtinet.

ANT.

Aut quoniam quidem huius substantia manet, huius autem non ver g. cibi quoniam dominans dicitur in mistione, vt vinum. facit n. vini opus, sed non aquæ, vniuersa mistura. Similiter & in alteratione, si manet caro ens, & quod aliquid est, passio autem aliqua quæ inest per se, quæ prius non inerat, alteratum est hoc. Quo autem alteratum est, hoc quandoq; quidem nihil passum est, neq; alterata est substantia, quandoq; autem & illud. Sed alterans, & principium motus in eo quod augmentatur & alteratur. in his enim est mouens. quoniam & ingrediens generatur vtique magis & accipiens illud corpus, verbi gratia, si ingrediens fiat vtique spiritus, oportet corruptum esse hoc patiens, & mouens non est in hoc.

Solutio.

Soluit quæstionem per id, quod supra positum est, s. q oportet id quod augetur manere secundum substantiam. Ideo ergo vinum dicitur augeri & non aliud, quoniam huius quidem, s. cui additur, puta cruris, manet substantia: huius autem, s. quod additur, puta cibi, non manet: conuertitur.n.in substantiam eius quod nutritur & augetur. Et; quia in obiectione fiebat mentio de mistione, ostendit etiam in mistione simile esse. nam id, cuius substantia manet, dicitur esse dominans in mistione, sicut dicitur esse vinum, quãdo parum de aqua admiscetur multo vino. & hoc apparet ex propria operatione, quæ est euidens signum speciei. tota.n.mistura facit operationem vini, s. calefaciendo & confortando, non autem facit opus aquæ. Et simile est de alteratione, quia, si permanet caro, & quod aliquid est, i. quiditas seu species eius: aliqua autem passio de numero per se accidentium adueniat, quæ prius non erat, id quod per manet, dicitur alteratum. & similiter oportet id quod augetur permanere. Id autem, quo aliquid alteratur, s. alterans, quãdoq; in nullo transmutatum est, neq; secundum passionem, neq; secundum substãtiam, sicut contingit in his, quæ agunt, & non patiuntur, sicut corpora cœlestia. quandoq; vero & ipsum alterans patitur & transmutatur, sicut in corporibus inferioribus,

VATA. Tex. c. 35.

quę agunt & patiuntur adinuicem, vt infra patebit. Sed in motu augmenti virtus alterans, & quæ est principium motus se habet ex parte augmentati: quod tamen ita alterat, q etiam alteratur. in his enim, quæ augentur, est principium motus augmenti, s. ad alterandum & conuertendum cibum, qui additur: quia, si hoc non esset, cibus ingrediens corpus, sic magis generaretur, & acciperet ad suam naturam id corpus cum ingrederetur. Puta cum spiritus, i. ventus seu aer ingreditur ventrem, & facit eum maiorem. Vel spiritus, i. anima ingreditur corpus, & conformat ipsum sibi. sed non est ita a quinimmo cibus ingrediens corpus patiendo à corpore animalis corrumpitur conuersum in corpus animalis, & principium mutationis non est in hoc quod additur, sed in eo cui additur.

LECTIO. XV.

Propositis solutionis rectæ conditionibus, illa dissoluitur dubitatio, an secundum quamlibet partem eius quod augetur, contingat ipsum augmentum fieri nec ne.

VATAB.

Cum autem de hisce sit abunde addubitatum, dubitationis solutionem inuenire enitamur oportet, illud seruantes, permanente, inquam, eo quod augetur, atq; adueniente

te aliquo fieri accretionem, & abeunte decretionem. Et insuper, quoduis sensibile signum maius minusue reddi, & neq. corpus esse inane, neq; eodem in loco duas esse magnitudines, neq; incorporea re quicquam augeri.

ANT. Tex. c. 35.

*Q*V*oniam autem de his quæsitum est sufficienter, oportet quæstionis tentare solutionem inuenire; saluantes manere id quod augetur, & adueniente aliquo augeri, recedente autem diminui. Adhuc autem, quodcunq; signum sensatum, aut maius, aut minus generatum esse. & non vacuum esse corpus, neq; duas magnitudines in eodem loco, neq; incorporeo augeri.*

Postquam Philosophus mouit dubitationem de eo, quo aliquid augetur: & soluit dubitationem interpositam, hic accedit ad soluendum dubitationem principalem. Et primo soluit dubitationem. Secundo ostendit dubitatione remota, quomodo fiat augmētum. ibi { Maius autem totum. } Circa primum duo facit. Primo ostendit qualis debeat esse solutio. Secundo ponit solutionem. ibi { Suscipiendum. } Oportet autem q vera solutio includat omnia quæ sunt de ratione rei, & omnia impossibilia excludat. & ideo primo ostendit quomodo intendit saluare omnia quæ sunt de ratione augmenti: & dicit, q, quia sufficienter quæsitum est de prædictis, oportet tentare, i. ad hoc conatum apponere, vt inueniatur talis solutio quæstionis, qua saluentur tria, quæ supradicta sunt de ratione augmenti. quorum Primum est, q id, quod augetur permaneat: Secundum est, q augmentum fiat adueniente aliquo, & diminutio aliquo recedente: Tertium est, q quodlibet signum sensatum, i. quælibet pars sensibilis eius quod augetur fiat maior in augmento, aut minor in diminutione. Secundo ostēdit quomodo intendit tria impossibilia vitare. Primo quidem, vt non ponamus corpus quod augetur esse vacuum. Secundo, vt non ponamus duas magnitudines, vel duo corpora esse simul. Tertio, vt non ponamus augmentum fieri per additionem alicuius incorporei. videtur. n. suppositis prædictis suppositionibus alterum horum inconuenientium ex necessitate sequi. Si. n. augetur quælibet pars eius quod augetur: & nihil augetur nisi adueniente aliquo: oportet quòd cuilibet parti eius quod augetur aliquid adueniat. si ergo id, quod aduenit, non est incorporeum: oportet duo corpora esse simul, nisi ponatur corpus quod augetur esse vacuum. Deinde cum dicit.

Tex. c. 38. Rectū ē sui iudex, atq; obliqui. Duo facere oportet soluentē difficultatē aliquam.

B

VATAB.

Sumenda autem erit causa vno quidem prius à nobis definito, dissimilaria, inquam augeri, cum similaria accrescunt, ex his enim quodq; componitur. Deinde carnem, & os, & id genus partium quamq; perinde atque cæterarum, quæ formam habent in materia, duplicem esse. nam materies atq; forma, caro dicitur aut os.

ANT.

Suscipiendum igitur causam, sed si primum quædam constituerimus, quorum vnum est, quòd anhomiomera augentur, cum homiomera augentur: componitur. n. ex his vnumquodq;. Deinde quòd caro, & os, & vnaquæque talium partium, est duplex, quemadmodum & aliorum in materia speciem habentium. Etenim materia dicitur, & species, caro aut os.

Caro & os est duplex.

Soluit dubitationem: & primo præmittit quædam necessaria ad quæstionis solutionem, secundo ponit solutionem ibi. { Qualemcunq; igitur partem. } Circa primum proponit duo. circa quorum primum dicit, q oportet suscipere causam, per quam & prædicta soluantur, & inconuenientia vitentur: ita tamen, q determinemus quædam prius. quorum Vnum est q anhomeomera, i. membra dissimilium partium, puta manus aut pes & similia; augentur per hoc, q partes augentur: quas homiomera vocat, sicut sunt caro, & os & huiusmodi. Et huius rationem assignat, quia vnumquodq; membrum dissimilium partium augetur ex his quæ sunt similium, sicut manus ex carne, & osse, & neruo: & ideo oportet q per augmentum partium augeatur totum. Secūdo ponit, q caro & os & vnaquæq; talium partium, quæ primum dicit augeri, est duplex: sicut contingit in omnibus quæ habent speciem in materia. nam caro vel os potest dici vel vt materia carnis, vel vt species carnis. Hoc quidam intellexerunt sic, q aliqua caro signata est: quæ est secundum materiam, & alia, quæ est secundum speciem. Dicunt. n. q caro vel os vel quicquid est huiusmodi dicitur esse secundum speciem, ex eo q est generatum ex primo humido seminali, in quo primo fuit virtus speciei. Caro autem secundum materiam dicitur, ex eo q generatus ex humido nutrimentali: quod quidem aduenit primo humido substantiali, sicut materia quædam eius: prout primum humidum extenditur per alia membra, admisto sibi secundo humido, & hoc vt compleatur quantitas rei viuentis & omnium partium eius. Et hæc fuit opinio Alexandri, vt dicit Auic. in expositione huius loci: quem plures postmodum secuti sunt. Sed hoc non potest stare cum verbis Arist. quæ hic dicuntur. Dicit. n. q caro, & os, & vna quaq; talium, est duplex, s. secundum materiam, & speciem: quemadmodum aliorum in materia speciem habentium. Manifestum est autem q speciem in materia habent non solum ista quæ generantur ex semine, & quæ nutriuntur, in quibus prædictus intellectus posset aliqualiter sustineri, sed etiam corpora inanimata, sicut sunt lapides, aurum, & argentum. Vult ergo Arist. q in carne & osse dicitur species & materia, sicut in lapide & auro: in quibus non est humidum substantiale & nutrimentale. & ideo dicendum est secundum intentionem Aristo. q eadem caro dicitur secundum speciem, prout in ea consyderatur id quod pertinet ad speciem carnis: & secundum materiam, prout in ea consyderatur id quod est materiæ: & eadem ratio est de omnibus alijs compositis ex materia & forma. Deinde cum dicit.

Expō Alē. Auer. c. 38.

B

Impugnatio.

C

Expositio propria.

VATAB.

Partem igitur quamlibet augeri, & accedente aliquo, secundum formam quidem est possibile, at secundum materiam, haudquaquam.

ANT.

Quamlibet igitur partem augmentari, & adueniente aliquo secundum quidem speciem est contingens, secundum autem materiam non est.

Tex. c. 36.

Ponit solutionem. & primo ponit eam, secundo manifestat per exemplum. ibi { Oportet autem intelligere. } Tertio concludit epilogando summam solutionis. ibi { Qua propter est quidem. } Dicit ergo primo, q hoc quod supra dictum est, q quælibet pars augetur eius quod augetur, & q vnumquodq; augeatur adueniente aliquo, est verum, si accipiatur pars secundum speciem. nam cuilibet parti secundum speciem consyderatæ additur aliquid tanquam permanēti, & ita quælibet pars secundum speciem consyderata augetur, non autem cuilibet parti secundum materiam consyderatæ fit additio: sed non quælibet pars secundum materiam consyderata augetur. Dictum enim est q id quod augetur, oportet permanere, non autem permanet quælibet pars secundum materiam consyderata, sed solum secundum speciem. Deinde cum dicit.

D

Tex. c. 37. Quomodo quælibet ps aucti augeatur.

Intellige-

VATAB. *Intelligere autem perinde oportet, atq; si quis aquam mensura eadem metiatur. quod enim sit, aliud atq; aliud semper est. Ad hunc itaq; modum & carnis materies augetur, & non cuiuis parti eius quippiam additur, sed alia dilabitur, alia accedit. At cuiuis figuræ ac formæ parti fit accessio.*

ANT. Tex. c. 36. *Oportet autem intelligere quemadmodum si aliquis mensurabit eadem mensura aquam. Semper enim aliud & aliud quod generatur. sic vtique augmentatur materia carnis, sed non partium cuique aliquid aggeneratur. sed hoc quidem defluit, hoc autem aduenit. Formæ autem, & cuicunq; speciei particulæ.*

Manifestat solutionem propositam per exempla. & primo ponit manifestationem, secundo ostendit in quibus partibus dicta solutio sit magis manifesta, ibi { In Tex. c. 37. anhomeomeris. } Dicit ergo primo, q oportet intelligere quod dictum est de carne secundum speciem & secundum materiam, si quis mensuret aquam eadem mensura, ita tamen q semper sit alia & alia aqua. puta, si ex vase pleno aqua, guttatim aqua effluat, & guttatim semper infundatur: erit.n. semper idem quantum ad mensuram aquæ, non tamen quo ad materiam aquæ. Sic autem comparatur species ad materiam, sicut mensura ad mensuratum, eo q forma est finis materiæ, vt Notabile. Lex. c. 23. dicitur in Secundo. Physi. Sic.n. oportet intelligere q species carnis permaneat eadem tanquam mensura quædam: non tamen semper permaneat eadem materia, in qua talis species suscipitur. Est etiam simile de fluuio, ege de Iuuen. & Sen. ectio. 4. qui semper manet idem quantum ad speciem fluuij, materialis tamen aqua semper est alia & alia. Simile est etiam in igne, cuius species & figura semper manet, sed ligna, in quibus materialiter ignis ardet, consumuntur, & alia apponuntur. Idem etiam apparet in populo ciuitatis, qui semper manet idem secundum id, quod est speciei, quamuis hominum, ex quibus constituitur populus, quidam moriantur, & quidam succedant. & semper permanet id quod pertinet ad speciem carnis, licet materia, in qua fundatur talis species, paulatim consumatur per actionem caloris, & alia de nouo adueniat per nutrimentum. Sic ergo, quando aliquod corpus augetur, augmentatur quidem materia carnis: quia plus generatur per nutrimentum quàm perdatur per actionem caloris: & ita multiplicata materia, vis augmentatiua, quæ pertinet ad speciem, excedit proportionabiliter totam materiam in maiorem quantitatem. Non tamen ita augmentatur materia carnis, q cuilibet parti materiæ aliquid addatur: quia neq; quælibet pars materiæ manet, sed quædam defluit consumpta, s. per calorem, & quædam aduenit restituta, s. per nutrimentum, & ita non oportet incorpoream esse, neq; esse corpoream omnino simul, neq; corpus quod augetur esse vacuum: quia non minus fuit id quod restituitur per alimentum, quàm id quod fuit per calorem consumptum. virtus.n. caloris naturalis, quæ pertinet ad speciem, restituit id quod aduenit in locum eius quod perijt. Si autem fuerit plus quod ex alimento generatum est, virtus naturalis extendit id in maiorem quantitatem secundum aliquam dimensionem, & ita occupat maiorem locum. Sed, quia species semper manet, necesse est dicere, q cuilibet parti formæ vel speciei aliquid aduenit, Soluit obiectionē Ari. supra, tex. com. 32. & quælibet augeatur. Neq; propter hoc sequitur duo corpora esse in eodem loco: quia formæ & speciei non debetur locus nisi ratione materiæ, in qua fundatur, quę est proprie subiectum quantitatis dimensiuæ. si autem intelligatur caro secundum speciem, quę est generata ex humido substantiali, caro autem secundum materiam, quæ est generata ex humido nutrimentali vt Alexan. posuit, videtur hoc verbum Arist. s. q caro secundum materiam defluit & adueniat, non autem caro secundum speciem, magis esse dictum probabiliter quàm secundum aliquam necessariam rationem, cum non necesse sit vtrumque humidum in vnam massam adiungi ad perficiendum quantitatem totius corporis, & omnium partium eius, nec potest ex necessitate probari q calor ita consumat vnum, altero permanente semper. Non est autem credibile, q Arist. in tali re aliquid sine ratione necessaria dixisset, vt Auer. dicit in expositione huius loci. Deinde cum dicit. Digre. contra expositionē Ale.

Cōmen. 38. VATAB. *Id autem magis constat in hisce, quæ dissimilium sunt partium, vt in manu, quòd iuxta proportionis rationem aucta sit. quandoquidem materies, cum diuersa est, facilius dignoscitur hic quàm in carne, & hisce quæ similium sunt partium. idcirco, & cum mortuum est quippiam, magis adhuc caro & os, quàm manus & brachium esse videtur.*

ANT. Tex. c. 37. *In anhomœomeris autem hoc magis manifestum, verbi gratia in manu, quoniam proportionaliter actum est. materia n. alia ens à specie manifesta magis est hic, quàm in carne & homœomeris. ideo & mortui magis videtur esse caro & os, quàm brachium & manus.*

Ostendit in quibus partibus prædicta solutio sit magis manifesta. & dicit, q id quod dictum est, magis est manifestum in anhomeomeris, id est membris dissimilium partium, puta manu, quam videmus proportionabiliter augeri. Proportionabiliter autem augetur tota manus, & quilibet digitus, & etiam quilibet articulus. & hoc ideo, quia magis manifesta est distinctio speciei & materiæ in huiusmodi membris, quàm in carne, & osse, & alijs membris similibus. Quanto n. sunt propinquiora toti, tanto plenius recipiunt perfectionem formæ, quę principaliter est actus totius. vnde & operationes animæ magis manifestæ sunt in dissimilibus membris, quàm in partibus similibus. Et ideo licet post mortem, per quam separatur anima à corpore, non solum non remaneat animal, sed etiam nulla pars animalis, nisi æquiuoce, vt dicitur in Secundo de Anima, tamen videtur, q magis post mortem animalis remaneat caro aut os, quàm manus aut brachium: in quibus magis apparent operationes animæ. Deinde cum dicit. Lege finem quarti libri Meteorologicorū, quē alij de mixtis nuncupant. Text. c. 8.

VATAB. *Quare, partim augetur carnis qualibet particula, partim non augetur. Nam secundum formam quidem, cuiuis parti quippiam adiungitur, secundum materiam vero, haudquaquam.*

ANT. *Quapropter est quidem sic quantumcunq; carnis auctum, est autem vt non. Secundum speciem n. cuicunque aduenit, secundum materiam autem non.*

Concludit epilogando summam solutionis, s. q quodammodo qualibet pars carnis est aucta, s. accipiendo carnem, secundum speciem: & quodammodo non, s. accipiendo carnem, secundum materiam.

LECTIO. XVI.

Quomodo id quod aduenit, et id quod augetur Comparetur: & quomodo augmentum ab ipsa generatione Differat, vel cum illa Conueniat.

VATAB. *Totum tamen maius euadit accedente quopiam, quod nutrimentum, atq; contrarium nominatur, & in eādem formam*

formam transeunte. vt si humidum sicco accedat, et cum iam accesserit, mutationem subeat, fiatq; siccum. Nam partim simile simili, partim dissimile dissimili accrescit. A

ANT. Tex. c. 38.

Mixtus autem totum generatum est adueniente aliquo, quod vocatur cibus, & contrariū transmutato in eandem speciem. v.g. si sicco adueniat humidum. cum. n. aduenerit transmutatur humidum & generatur siccum. Est n. vt partim simile à simili augmentetur est autem partim à dissimili.

Augmentū quodammodo est a simili quodāmō autem a dissimili.

Solutis dubitationibus, quæ erant circa augmētum, hic Philosophus determinat modum augmenti Et primo determinat qualiter fiat augmentum. Secundo determinat qualiter fiat diminutio. ibi { Hæc autem species sine materia. } Circa primum duo facit. Primo, ostendit qualiter se habet id quod aduenit, ad id quod augetur, eo adueniente. Secundo comparat augmētum alijs operationibus animæ vegetabilis, ibi { Quæret autem aliquis. } Dicit ergo primo, ꝙ soluta quæstione de partibus eius quod augetur, vtrum quælibet pars augmentatur vel non, manifestum est ꝙ totum maius est aliquo adueniente, puta cibo. hoc. n. adueniens in principio est contrarium ei, cui aduenit secundum aliquam contrarietatem passionum: sed postea transmutatur in eandem speciem, puta, si sicco, adueniat id, quod est à principio humidum, quod cum aduenerit transmutatur, & fit siccum. Et ita quodammodo verum est dicere, ꝙ simile augetur simili, quodammodo autem verum est dicere ꝙ aliquid augetur à dissimili. nam id, quod augetur, in principio quidem est dissimile, in fine autem simile, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Tex. c. 41. Tex. c. 39.

VATAB.

Dubitauerit autem quispiam, quale id esse oporteat, quo quid augetur. Palam itaque est, hoc, potentia illud quod augetur esse oportere. vt si caro accretionem subeat id quo illa accrescit potentia carnem esse, actu autē aliud quod sane vbi corrumpitur, caro fieri solet.

ANT. Tex. c. 39.

Quæret autem aliquis, quale oportet esse id, ex quo augetur Manifestum vtique, quoniam potentia est illud. v.g si caro potentia carnem, actu autem aliud. Corruptum vtique hoc, caro generatum est.

Comparat augmentum alijs operationibus animæ vegetabilis, cuius operationes sunt tres, vt dicitur in Secundo de Anima, s. generatio, nutrimentum, & augmentum. Primo comparat augmentum generationi, secundo nutrimento. ibi { Quantum autem quod vniuersale. } Circa primum duo facit. Primo ostendit similitudinem augmenti & generationis, secundo differentiam ibi. { Non igitur hoc ipsum. } Mouet igitur quæstionem circa primum quale oporteat esse id, s. cuius formę est id quo augetur. & concludit manifestum esse ex præmissis, ꝙ id, quo aliquid augetur, est in potentia ad id quod augetur. Puta, si caro est quod augetur, id, quo augetur, oportet esse in potentia carnem. Quia, sicut supra dictum est, id, quo aliquid augetur, est in principio dissimile, in fine autem simile: &, quia nihil est in potentia ad vnum, quin sit in actu aliquid aliud, oportet id, quo augetur caro quod est in potentia ad carnem, esse actu aliquid aliud quàm carnem, puta panis: quod autem est actu aliquid, non fit aliud nisi per prioris corruptionem & sequentis. oportet igitur augmentum fieri corrupto eo, quod prius erat actu, puta pane, genito eo quod augetur, puta carne. Et sic manifestum est ꝙ in augmento concurrit generatio aliqualiter. Deinde cum dicit.

Tex. c. 34. & 50. Tex. c. 40.

VATAB.

Non igitur ipsum per se, solumque est. nam alioqui, generatio esset, non accretio. sed id quod augetur cum eo est. Qualiter igitur hoc affecto, illud augeri solet? An misto, haud secus atque si quis vino aquam infundat, & idem id quod ammistum est efficere vinum possit. An sicut ignis tactum cremabile adurit, sic & id, cui agendi facultas delegata est in eo existens quod accrescit, quodque actu caro est, quod accessit è potentia carne, actu carnem facere consueuit? Illo igitur simul existente, idipsum accidit. quoniam si seorsum esset, generatio sane foret. nā ignem ad hunc facere modum contingit, videlicet iniectis in eum, qui iam est, lignis verum: ita quidem, accretio est: at, cum ligna ipsa inceduntur, generatio.

ANT.

Non igitur hoc ipsum semper se. Generatio enim esset non augmentatio. sed quod augetur hoc. Quod igitur & ab hoc est patiens auctum est, aut mistum. quemad- B *modum si quis vino superinfundat aquam, hoc autem potest vinum facere quod mistum est. Et quemadmodum ignis facit cum ea, quæ vri possunt, contingerit, ita in eo quod augetur, & est actu caro, quod inest augmentatiuum adueniente id, quod est potentia caro, facit actu carnem. Igitur simul existit. si enim seorsum, generatio est. Est enim ita ignem facere ad existentem adiungentes ligna. sed sic quidem est augmentatio: quando autem ipsa ligna per se incenduntur, generatio est.*

Dfia inter augmētum & gene.

Ostendit differentiam augmenti & generationis, dicens, * ꝙ in augmento fit quædam generatio carnis, cum aliud sit augmentatio à generatione: sequitur ꝙ non generetur secundum seipsum. i. separatim, quando aliquid generatur: quia sic non esset augmentum, sed generatio. sed oportet generari carnem in carnem, quæ augetur. Sic igitur propter id quod caro in eo quod au- C getur est patiens, in eo. s. quod transmutatur in similitudinem eius quod augetur, & ab hoc, s. passo & transmutato augmentatum est, vel id, cui additur, vel totum mistum. Et est simile, sicut si aliquis vino præexistenti superinfundat aquam hoc modo, ꝙ vinum sua virtute potest aquam commistam conuertere in sui naturam: tunc. n. dicitur esse augmentum vini, non generatio. cum autem liquor aliquis secundum se in vinum conuertitur, puta vua, est vini generatio. Aliud autē exemplum, ponit de igne, qui adurit corpora vstibilia sibi coniuncta: & ita cōtingit in eo quod augetur, quod est actu caro, cuius virtus augmentatiua id quod adurit existens in potentia ad carnem facit actu carnem: ita tamen ꝙ sit simul cum carne præexistente. Si enim ex aliquo, quod est in potentia caro, seorsum fieret caro, esset generatio carnis, non augmentum. sicut accidit cum D ex virtute seminis, sanguis menstruus in carnem conuertitur. Et hoc etiam accidit circa ignem, contingit. n. quandoq; ꝙ ligna igniuntur adiuncta igni præexistenti, & hoc est augmentatio ignis: quando vero ipsa ligna incenduntur seorsum, non adiuncta alijs lignis adustis, tunc est generatio.

LECTIO. XVII.

Id quod auget ei quod nutrit Comparatur: quomodo item Conueniant ac Differant augmentum & nutrimentum exponitur.

VATAB.

Quantitas autem vniuersalis nulla fit, sicuti nec animal, quod nec homo sit, nec singularium aliquod. sed vt hic vniuersale, sic & illic quantitas. Caro igitur & os & neruus &

neruus & similares partes, accedente quidem quanto aliquo, sed non carne quanta, augescunt.

ANT. Tex. c. 40.

Quantum autem vniuersale quidem non generatur: quemadmodum nec animal, nec homo, nec aliquid singularium: sed vt hic vniuersale, ita & illic quantum. Caro autem, aut os, aut manus, & horum homœomera, adueniente quidem aliquo quanto, sed non carne quanta.

Postquam Philosophus comparauit augmentum generationi, hic comparat augmentum alimento. & primo ostendit quomodo se habet id quod auget ad id quod nutrit, secundo quomodo se habet augmentum ad nutrimentum. ibi { Et nutrimentum. } Circa primum tria facit. Primo ostendit quid sit id quod augetur, i. q sit quantum. & dicit, q quātum vniuersale non generatur nec fit, sicut animal vniuersale, nec homo vniuersalis, nec singularium, i. nec aliqua specierum: puta nec leo vniuersalis, nec bos vniuersalis. Sed, sicut in F illis generatur vniuersale, s. in aliquo particulari, puta cum generatur hoc animal, aut hic homo, & illic, s. in augmento generatur quantum, non quidem in vniuersali, sed in aliquo determinato, sicut cum fit quanta caro, aut os, aut manus & his similia. Secundo, ibi { Adueniente. } Ostendit quid sit id quod auget. fit. n. augmentum adueniente aliquo, vt dictum est: sed, si per augmentum fieret quantū in vniuersali, oporteret id quod aduenit esse quantum in potentia, & nullo modo in actu. sed quia non generatur quantum in vniuersali, sed hoc quantum, puta caro: oportet id quod aduenit esse quidem aliquid in actu quantum, non autem carnem quantam, sed solum in potentia. Tertio ibi.

Tex. c. 4. Quantum vniuersale non gnāt.

VATAB.

Quò igitur potentia simul vtrunq; existit, videlicet caro quanta, hoc quidem auget. nam carnem quantum fieri oportet. Quò vero solum caro, hoc alit, hoc enim nutritio & accretio ratione differunt. G

ANT. Tex. c. 41.

Secundum id igitur quòd potentia vtrunq;. v. g. quanta caro sic auget quidem. etenim quantam oportet generari, & carnem: secundum id enim quod solum substantia caro, nutrit. Etenim sic differunt cibus & augmentatio, ratione.

Concludit differentiā eius quod auget, & eius quod nutrit. & primo ponit differentiam dicens, q id, inquantum id quod aduenit, est in potentia ad vtrunq;: puta ad hoc q sit quanta caro, vt. s. non solum sit aptum recipere speciem carnis, sed etiam in maiorem quantitatem produci: per hoc. n. auget. Ad hoc enim quòd sit augmentum, oportet fieri & quantum, vt scilicet fiat maior quantitas: & carnem, quia oportet id quod aduenit in finem assimilari, vt dictum est. Inquantum vero id quod aduenit est in potentia ad hoc q sit caro, H secundum hoc nutrit. sic enim differunt secundum rationem cibus & augmentatio. nam cibus nutriens est in potentia inquantum conuertitur in carnem, inquantum autem suscipit maiorem quantitatem est augens. Deinde cum dicit.

VATAB.

Quocirca quandiu saluum manet animal, etiam si decretionem subeat, alitur, sed non semper accrescit.

ANT.

Ideo nutritur quis quousq; saluatur, & diminuitur: augmentatur autem non semper.

Infert quoddam corollarium ex eo quod dictum est, videlicet. q aliquis nutritur quousq; saluatur, idest quandiu conseruatur in vita: quia semper oportet restitui per nutrimentum id quod continue soluitur, idest id quod diminuitur oportet nutriri. Non autem

ANT. Quandiu aial auget.

E semper animal augetur, sed quandiu cibus conuersus in carnem potest extendi in maiorem quantitatem.

Deinde cum dicit.

VATAB.

Atq; nutritio idem quod accretio existit, ratio tamen est diuersa. quo. n. id, quod adiungitur atque additur potentia caro quanta est, hoc carnem augere potest: quo vero caro potentia solum, hoc nutrire.

ANT.

Et nutrimentum augmentationi idem est quidem, esse autem aliud. nam quatenus id quod aduenit potētia quanta caro, augmentatiuum carnis est: quatenus autem quod solum potentia caro, nutrimentum.

Ostendit differentiam inter ipsum augmentum & nutrimentum. & dicit, q nutrimentum est idem quod ipsum augmentum, esse autem cum eis aliud: quasi dicat sunt idem subiecto, sed differunt ratione. inquantum. n. id quod aduenit est in potentia ad vtrunq;, i. ad hoc q sit quanta caro, secundum hoc est augmentum carnis: inquantum vero est in potentia ad hoc solum q sit caro, secundum hoc est nutrimentum, aut cibus, vt supra expositum est. Deinde cum dicit.

Quod auget & quod nutrit sunt idē re, sed differūt ratione.

VATAB.

Hoc autem, forma sine materia est, vt tibia, potentia quædam in materia est. similiter, & quoduis aliud instrumentum. Quod si materies aliqua accedat, quæ potentia sit tibia, & potentia quantitatem habeat, hæ tibiæ maiores euadent. Sin vero nihil præterea agere possit, sed res perinde habeat vt cum vino subinde plus aquæ immiscetur, quæ tandem vinum aqueum reddit, facitq; aquam, tum quantitatis decretio fit, forma autem remanet.

ANT.

Hæc autem species sine materia, vt immaterialis potentia aliqua, in materia est. Similiter autem & aliud quodcunq; organum. Si autem aduenerit aliqua materia, quæ sit potentia immaterialis, habens, & quantum potentia, hę erunt immateriales maiores. Si autem amplius facere non potest: sed vt aqua vino semper amplius mista in fine aquaticum facit, & aquam, tunc diminutionem faciet quanti: species autem manet.

Tex. c. 24.

Ostendit quomodo fiat diminutio. Ad euidentiam autem horum, quæ hic dicuntur, consyderandum est quòd virtus speciei aliter se habet in rebus viuentibus, quæ proprie nutriuntur & augentur, & in rebus carentibus vita, quæ neq; nutriuntur neq; augentur. Corpora. n. viuentia mouent seipsa non solum secundum motum localem, sed etiam secundum motum alterationis, puta cum animal naturaliter sanatur: & secundum motum augmentationis aut generationis, præsertim secundum q nutrimētum est generatio quædam, vt dictum est: inquātum. s. & si non generetur caro secundum se, aggeneratur tamen carni præexistenti. Omne autem mouens se ipsum, vt probatum est in Octauo Physico. diuiditur in duo, quorum vnum est mouens, aliud vero motum. vnde oportet q in rei veritate sit aliquid motum, quod conuertitur in naturam speciei, & aliquid mouens. s. ipsa virtus speciei conuertens. Et inde est q virtus speciei in rebus viuentibus non determinat sibi aliquam materiam signatam, cum vna pars effluat & alia adueniat, vt dictum est. Non potest tamen virtus speciei esse absq; omni materia, sed in hac vel illa determinate, vt probatur in. 7. Metaphysic. In rebus tamen inanimatis nihil tale inuenitur: nisi forte, inquantum est in eis aliqua similitudo augmenti & nutrimenti: puta in igne & vino per efficaciam virtutis actiuæ in eis, speciei carnis vel cuiuscunq; huiusmodi in quam cunque. Sic igitur virtus non determinat sibi aliquam materiam

Virtus spēi aliter se hēt in viuētib', aliter in nō viuentib'.

Tex. c. 41.

Aiata hñt virtutē augendi & nutriendi.

Tex. c. 28. In aiata vero hñt similitudinarie has virtutes.

materiam signatam, sed nunc saluatur in hac, nunc in illa. & est sicut species immaterialis potentia, quãtum ad hoc, quod non determinat sibi materiam signatam, est tamen in materia semper aliqua. Et eadem ratio est de quocunque alio organo, puta de osse, aut neruo, aut quocunque huiusmodi. Si ergo aduenerit aliqua materia, quæ sit in potentia, non solum ad hanc speciẽ, quæ quodammodo est immaterialis, sed etiam est in potentia ad maiorem quantitatem, hæc etiam erunt maiores & immateriales, idest ipsę virtutes speciei, quæ sunt in carne, & osse & huiusmodi, extenduntur in maiorem quantitatem. Sed hoc non semper potest fieri: quia virtus speciei debilitatur, cum sit in materia contrarietati subiecta, per continuam actionem & passionem, & per adiunctionem materiæ extraneæ, quæ non ita recipit virtutem speciei, sicut prius erat.

Quõ spẽs destruitur.

B Quando ergo non hoc amplius virtus speciei facere potest, vt scilicet tantũ conuertat de nutrimento, quod sit in potentia non solum ad speciem, & ad maiorem quantitatem, sed nec etiam ad æqualem, tunc fit diminutio quantitatis: & tamen conseruatur species in quãtitate minori, & finaliter etiam species cessat: sicut, si aqua magis & magis vino misceatur, fiet vinum aquarum, & finaliter corrũpetur vinũ, & fiet totaliter aqua.

LECTIO. XVIII.

De Tactu agendum esse proponitur: quodq; proprie, ac metaphorice acceptus sit declaratur.

VATAB.

Cum autem de materia & hisce, quæ nuncupantur elementa, primo dicere oporteat an sint necne, & vtrum vnumquodq; eorum sempiternum sit, an ortum subeat aliquo pacto, & si generentur, vtrum ex sese mutuo generentur eodem modo omnia, an inter ipsa vnum aliquod primum sit, prius vtiq; de hisce disseramus necesse est, de quibus nunc dicitur indefinite.

ANT. T. c. 43. Sermo de tactu, actione passione & mistiõe.

QVoniam autem oportet primum de materia & de vocatis elementis dicere, siue sint, siue non, & vtrum sempiternum vnumquodque, an vero aliquo modo generetur, & si generatur vtrum exinuicem generentur omnia eodem modo, an eorum vnum primum sit. Necesse est itaq; prius de his dicere, de quibus indeterminate dicitur nunc.

Postquam Philosophus determinauit de generatione & corruptione in communi, & de alijs sequentibus, scilicet de augmentatione & alteratione, incipit determinare de quibusdam, quæ ad hæc requiruntur. Et primo dat intentionem suam, secundo prosequitur intentum. ibi { Ferè quidem. } Circa primum duo facit.

T.c. 44.

Primo determinat intentionem suam, secundo ostendit necessitatem suæ intentionis. ibi { Omnes.n. qui elementa. } Dicit ergo primo, quòd, cum oporteat dicere de materia, circa quam est transmutatio elementorum: & de ipsis elementis secundum contrarietates, quę sunt in eis, vtrum.s. sint aut non, & vtrum vnum eorum sit sempiternum & intransmutabile, sicut supra dicit Empedocles, aut generantur: & si generantur qualiter generantur, vtrum.s. generantur adinuicem, aut mouentur, aut est aliquod principium eorum, ex quo generantur, & in quod resoluuntur, sicut diuersi dixerunt, vt Democ. atumos, Anaxagoras infinita secundum speciem: quæ, inquam, illa determinare debemus, oportet prius determinare de quibusdam antecedentibus ad illa, de quibus dicitur indeterminate nunc. Quod quidẽ potest dupliciter intelligi. vno modo q; Philosophi sui

T. c. 1.

Primus modus huic lo

A temporis indeterminate & insufficienter dixerunt de ipsis, alio modo, quia de generatione indeterminate & confuse dictum est de ipsis. Deinde cum dicit.

co magis quadrat.

VATAB.

Omnes enim, tam qui elementa ipsa, quam qui ea quæ constant ex elementis generant, segregatione & congregatione, atque actione & passione vtuntur. Est autem congregatio, mistio. Sed quonam pacto quippiam misceri dicatur, plane ac dilucide haudquaquam est definitũ. At vero nec alterari quicquã, nec segregari cõgregariue, nullo patiente aut agente põt. Etenim qui plura faciunt elementa, actione & passione mutua, generationem fieri censent. quanquam ex vno facta omnia dicant necesse est. Atque hoc recte quidem dicit Diogenes, nisi ex vno essent omnia, non posse vicissim agere & pati, ceu calidum frigefieri, & idem rursum calefieri. non enim calor & frigus, in sese mutuo transeunt, sed ipsum, vt patet, B subiectum mutationem suscipit. Quare, horum quibus actio competit vnam esse subiectam materiam necesse est. Dicere igitur vniuersa esse eiusmodi, non est verum: sed ea quibus mutuo a sese pati, & agere insitum est. At vero si de actione passioneue & de mistione contemplandum sit, & de tactu speculemur est necesse. Nam neque agere & pati ea possunt proprie, quæ se mutuo tangere nequeunt: neque fieri potest, vt misceantur quæ non quodam modo sese tangunt prius Quare de hisce tribus, videlicet quid tactus, quid mistio, & denique quid actio, determinandum videtur. Hinc autem sumatur initium. Nam ex entibus ea quibus mistio competit esse apta vt sese muto tangant, est necesse. atque si quid agat & aliud patiatur proprie, simili itidem modo atque illa afficientur. Quocirca de tactu prius dicendum est.

ANT.

Omnes enim qui & elementa generant, & quę ex elementis, segregatione vtuntur, & congregatione: & fa-C cere pati. Est autem congregatio mistura. Quomodo autem misceri dicimus, nondum determinatum est manifeste. Sed nec alterari possibile, nec segregari & congregari, nullo faciente aut patiente. Etenim plura elementa facientes generant ea, mutua illorum inter se actione & passione, & his quidem ex vno necesse est dicere factionem, & hoc recte dicit Diogenes: quoniam si non essent ex vno omnia, nec etiam facerent & paterentur adinuicem. v.g. calidum infrigidari, & hoc calefieri rursus. nõ enim caliditas & frigiditas transmutantur adinuicem, sed ipsum subiectum, vti manifestum est. Quapropter in quibus facere est & pati: necesse est vnam horum subiectam esse naturam. Omnia igitur, talia esse dicere nõ verum: sed ea demum, in quibus est mutua actio & passio. Sed, si de facere & pati & mistura videndum, necesse est & de tactu. Non enim facere hæc & pati possunt D proprie, quæ non possibile adinuicem tangere: neq; non tangentia adinuicem qualitercunq;, contingit misceri primum. Quapropter de tribus his est determinandum quid Tactus, quid Mistura, & quid Factio. Principium autem accipiamus hoc. Necesse enim est vt quibuscunq; rebus inest mistio ae se mutuo tangere possint, & si aliquid facit, hoc autem patitur principaliter, & his similiter: ideo primo dicendum est de Tactu.

Ostendit necessitatem determinandi dicens, q; omnes Philosophi tangentes elementa, vel ex elementis generata, vtuntur congregatione & segregatione. Quę enim ex elementis generantur, ex congregatione elementorum generantur: quæ vero corrumpuntur, ex segregatione elementorum corrumpuntur; quæ etiam dicebant agere & pati adinuicem. Cum ergo congregatio sit

Quare de his determinandum ẽ.

gatio sit

gatio sit quędam mistura, oportet de mistura determinare. Qualiter.n.fiat mistio & quid sit, non est adhuc manifeste determinatum. Cum autem nec alteratio nec congregatio, vel segregatio possint fieri sine actione & passione, oportet prius determinare de actione & passione. Illi.n. qui ponunt plura principia, dicunt esse generationem per actionem & passionem elementorum adinuicem. similiter & illi, qui ex vno materiali principio dicunt aliqua fieri, necesse habent ponere agere & pati. Ideo recte dixit Diogenes cum dixit, ꝙ nisi ex vno materiali principio fierent omnia, impossibile esset aliqua adinuicem transmutari, aliter.n.non posset calidum frigefieri, nec frigidum calefieri, nisi subesset vna materia: impossibile est.n. ꝙ frigiditas sit caliditas vel è conuerso: sed oportet quod habeant vnum commune subiectum, per quod possint adinuicem transmutari. quapropter quæ agunt & patiuntur adinuicem, necesse est habere vnam subiectam materiam, quæ sit susceptiua contrariorum. Non tamen omnia agentia & patientia sunt talia, s. habentia vnam materiam, sed solum illa, quæ agunt & patiuntur adinuicem. Sunt.n.aliqua, quę agendo non patiuntur, sicut substantiæ separatæ, & corpora cœlestia: quæ.s.corpora, licet patiantur, vtpote quę mouentur, tamen non patiuntur ab his, quę mouentur ab eis. Vlterius autem, cum mistio, & facere & pati non possint fieri sine tactu (nam ea quæ adinuicem non se tangunt, non possunt adinuicem agere & pati) ideo determinando de ipsis, oportet de tactu tractare. Inter ista autem tria prius determinandum de tactu, quia tactus prius est: sequitur enim ad ista duo, sed non è conuerso. Necesse.n.est ꝙ ista, quæ miscentur adinuicem, se tangant, sed non conuertitur. Similiter, si aliquid agit & patitur ab eo, necesse est etiam quòd ista se tangant, sed non conuertitur. Cum ergo primum sit à quo non conuertitur consequētia, primum inter tria dicendum de tactu. Deinde cum dicit.

Quæ agunt & patiūtur adinuicem habent vnā materiam.

In post. ꝑdi camētis ca. de Priori

VATAB. *Ferè igitur vt & cætera quæque alia nomina, pluribus dicuntur modis, & partim vniuoce, partim altera ab alteris prioribusq; sic & de tactu quoque res sese habet.*

ANT. Tex. c. 43. *Ferè quidem igitur vt & aliorum nominum vnūquodque dicitur multifariam, & hæc quidē æquiuoce, hæc autem altera ab alteris, et prioribus, Sic habet & de tactu.*

Prosequitur intentum: & circa hoc tria facit secundum ꝙ de tribus determinat. Primo determinat de tactu, Secundo de facere & pati. ibi { De facere & pati. } tertio de mistione. ibi { Reliquum autem videndum. } Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen tactus, Secundo incipit agere de ipso. ibi { Sed tamen principaliter. Dicit ergo primo, ꝙ tactus dicitur multipliciter, sicut ferè vnumquodq; aliorum nominum. quædam.n.dicuntur æquiuoce, quædam analogice & transumptiue, siue metaphorice: ita etiam tactus dicitur ꝓprie & transumptiue. Dicit autem ferè, quia forte non omnia dicuntur multipliciter. Deinde cum dicit.

Tex. c. 45.
Tex. c. 81.
De tactu.

VATAB *Sed tamen quod proprie dicitur, ad ea accommodari solet quæ situm habent. Situs autem hisce quibus & locus competit. etenim, perinde vt Mathematici, de tactu & loco reddamus oportet, siue eorum quodque separatum sit, siue alio modo habeat. Si ergo tangere sit, quemadmodum antea est definitum, extrema simul esse, ea profectò se mutuo tangent, quæ cum discretas magnitudines situmque habeant, extrema simul habent. Porro cum situs omnibus quibus & locus competat, atque supra & infra & id genus opposita, prima loci differentia sint: omnia sanè quæ* E *sese mutuo tangunt, pondus, leuitatemùe, aut vtraq;, aut alterum habebunt: quæ autem talia sunt, actiua sunt & passiua. Vnde constat ea suapte natura mutuo sese tangere, quorum, cùm vicissim mobilia sint atque motiua, discretis separatisque magnitudinibus, extrema sunt simul. Cæterum, cùm id quod mouet nequaquam similiter id moueat, quod motum subit, sed necesse sit vt idem, aliud moueat motū & ipsum, aliud immobile persistens, haud aliter de ipso quoque agente dicendum esse in aperto est. Nam id, quod mouet, agere quippiam, & contra quod agit, mouere dicunt verum differentiam subeunt, & proinde ea distinguamus oportet. Non enim fieri potest vt quoduis mouens agat, si patienti agens opponamus. patiens autem sit cui motus secundum affectum competit. affectus vero, secundum quem solum alteratio fit. vt albedo & calor sed mouere, latius esse quàm agere patet. Il-* F *lud igitur palam est, ea, inquam, quæ mouent partim mobilia tangere, partim minime.*

ANT. *Sed tamen principaliter dictum existit in habentibus positionem positio autem quibus & locus. Etenim in mathematicis similiter assignandus est tactus & locus, siue est separatum vnumquodq; eorum, siue alio modo. Si igitur est, vt determinatum est prius, Tangere vltima habere simul, hæc vtiq; se tangunt adinuicem quæcunq; determinatas magnitudines & positionem habentia, simul habent vltima. Quoniam autem positio iisdem quidem in quibus & locus existit: loci autem differentia sursum & deorsum prima, & talia oppositorum: omnia ad seinuicem tangentia grauitatem vtique habent aut leuitatem, aut ambo, aut alterum. talia autem passiua et actiua. Quapropter manifestum est, quoniam hæc tangere nata sunt adinuicem, quorum diuisis magnitudinibus, simul vltima sunt, existentibus motis & mobilibus adin-* G *uicem. Quoniam autem mouens nō similiter mouet quod mouetur, sed hoc quidem necesse est motum, & ipsum mouere, hoc autem immobile ens, manifestum quoniam & de faciente dicemus similiter. Etenim mouens facere aliquid inquiunt, & faciens mouere. sed tamen differunt & oportet determinare. Non enim possibile est & mouens agere & facere, si faciens opponitur patienti. hoc autem in omnibus in quibus est motus passio. passio autem est, secundum quam alteratur solum, v.g. calidum & album. sed mouere amplius quam agere est. Illud igitur manifestum est quod motiua partim immobilia tangunt partim vero non tangunt.* Tex. c. 43.

Prosequitur de tactu. & primo de tactu proprie sumpto, secundo de tactu sumpto transumptiue. ibi { Est autem vt aliquando. } Circa primum duo facit. Primo inuestigat definitionem tactus, secundo inuestigatam concludit. ibi { Sed determinato. } Circa primum po- H nit conditiones, quę requiruntur ad tactum. Est autem tactus, vt infra ponet, in habentibus positionem, quorum vltima sunt simul, mouentibus & motis, actiuis & passiuis adinuicem. Primo ergo manifestum supponit, concludens primam conditionem, dicens, ꝙ tactus proprie & principaliter dictus est in habentibus positionem: positio autem non est nisi in habētibus locum. & ideo, cum mathematica habeant positionem, siue sint separata secundum rem, siue secundum rationem tantum, habēt etiam locum. Nam, sicut dicit Commentator super loco isto, licet mathematica abstrahantur ab aliis accidentibus, s. à motu & materia, impossibile est tamen ea imaginari sine loco, cum corpus naturale non sit in loco nisi secundum suas dimensiones, & non

Tex. c. 45.
Tex. c. 46.
Cōmen. 44.

per alia

per alia accidentia. Locus ergo inseparabilis est à mathematicis corporibus: ipsis tamen non contingit locus & tactus, nisi per quandam similitudinem ad naturalia.

Sola naturalia sūt vere in loco.

Nulla enim vere sunt in loco nisi naturalia secundum esse accepta, in quibus sunt mathematica secundum esse suum: & ideo etiam in ipsis habent locum & tactum. Nec accipiuntur hic secundum abstractionem ab esse: quia talis consyderatio non est naturalis, sed mathematica. & ideo locus & tactus conuenit eis secundum ꝙ talia per posterius. Secundo ibi. { Si igitur est vt determinatum. } Ponit secundam conditionem dicens, ꝙ, si ita est, vt dictum est in Quinto Phy. ꝙ tangere est habere vltima simul: illa se tangunt, quæ habent determinatas magnitudines & positionem, & quorum vltima sunt simul: & inest secunda conditio, s. habere vltima simul. Tertio ibi. { Quoniam autem positio. }

Tex. c. 22.

Inuestigat tertiam conditionem, s. ꝙ tactus est in mouentibus & motis, dicens, ꝙ positio est in habentibus locum. &, quia primæ differentiæ loci sunt sursum, & deorsum, vt dicitur in Secundo de Cœlo, necesse est vt quæ se tangunt, sint sursum aut deorsum. Ideo, quæ se tangunt, sunt grauia aut leuia, aut ambo: sicut elementa media, quæ sunt grauia & leuia secundum diuersos respectus, vt dicitur, in Quarto de Cœlo: aut alterum eorum, sicut extrema: quorum alterum est simpliciter graue, & alterum simpliciter leue. omnia autem talia dum tāgunt se agunt & patiuntur adinuicem. Quapropter concludit manifestum esse, ꝙ illa proprie se tangunt, quorum diuersæ sunt magnitudines, & simul habent vltima, quæ mouent & mouentur adinuicem per virtutem illorū vltimorum. Quarto ibi. { Quoniam autem mouens. } Inuestigat quartam cōditionem quæ est, ꝙ tactus est in actiuis & passiuis. & dicit, quia non omne mouens mouetur, sed quoddam est mouens motum, quoddam autem mouēs immobile: & hoc dupliciter, aliquid. n. simpliciter nullo modo mouetur, sicut mouens primum, aliquod autem mouens non mouetur à moto, licet moueatur ab aliquo, s'm quorundam extimationem, agens etiam inuenitur in istis duobus modis: quia quidam dicunt ꝙ actus mouētis est quoddam facere, & è conuerso, ꝙ actus facientis est quoddam mouere: quod tamen falsum est.

Text. c. 8.

Tex. c. 34.

Dfia inter mouens & faciens.

Differunt. n. mouens & faciens. quorum differentiam oportet nos determinare. Si. n. nos dicimus ꝙ faciens opponitur secundum suam speciem patienti, tunc cum contraria nata sint fieri circa idem, oportet ꝙ faciēs patiatur, cum tangat ipsum: hæc autem sunt, quibus motus est passio, i. quibus mouēdo patiuntur secundum alterationem aliquam: alteratio autem sola est s'm passiones, i. passibiles qualitates, vt secundum calidum vel frigidum, cum ergo calidum contrarietur frigido, & album nigro, & sic in alijs, duo possunt concludi. primum, s. ꝙ agens & patiens habent contrarias qualitates, secundum est ꝙ, cum non omne mouens sit tale, non omne mouens est agens. In plus ergo erit mouere quàm agere.

Mouere in pl' q̄ agere.

Ex his ergo quæ dicta sunt concludit corollarium quoddam, dicens, ꝙ mouentia immobilia tangunt ipsa mobilia, est autem vt sic, est autem vt non. sic, quia tangunt per vltimum virtutis egredientis ab esse eorum: sed non tangunt per vltimum suæ quantitatis tantum. Quia si sunt immobilia simpliciter, vt substantiæ separatæ, non habent vltimum, si vero sint ab his, quæ mouent immobilia, sicut astra, non mouentur à terra, quam mouent: & tunc non habent vltima simul cum vltimis illorum quæ mouentur. Ad euidentiam illorum, quæ hic dicuntur, consyderandum est, ꝙ agens siue faciens potest sumi dupliciter.

Agēs dupliciter.

Vno modo communiter, prout. s. virtus alicuius procedit quocunq; modo in id quod subijcitur sibi, & hoc modo superius est ad mouens: Alio modo potest sumi naturaliter, siue physice, & hoc modo in minus est quàm mouens & opponitur secundum suam speciem patienti. Deinde cum dicit.

VATAB.

Verum ea tangere vniuersaliter definiuntur, quæ situm habent, & quorum alterum motiuum est, alterum mobile, idque vicissim, quibus agere atque pati competit. Magna igitur ex parte, id quod tangitur, id tangit à quo tangi solet. Etenim omnia ferè quæ apud nos sunt cùm mouentur, mouent, per quæ esse necesse videtur, vt id quod tangitur, id tangat à quo tangi solet.

ANT.

Sed determinato tangere vniuersaliter quidem, quod est positionem habentium, et hoc quidem motiuo, hoc mobili, adinuicem autem motiuo & mobili in quibus existit agere & pati. Est quidem igitur, vt in multum tactum quod tangit tangens: etenim mouent mota omnia ferè, quæ in conspectu nostro, quibus necesse est, & videtur tactum tangere quod tangit.

Tactus definitio.

Concludit inuestigatam definitionem tactus dicēs, quòd determinatur vel definitur ipsum tangere vniuersaliter, quod est in habentibus positionem, mouentibus & motis, à seinuicem actiuis & passiuis. Et ex hoc concludit vlterius quoddam corollarium, ꝙ frequentius & fortius dicitur esse tactum omne agens naturale quod tangendo tangitur: quia ferè omnia, quę sunt in conspectu nostro circa locum actiuorum & passiuorum, mouent mota: in quibus necessario videtur esse tactus. Deinde cum dicit.

VATAB.

Interdum autem dicimus mouens, solum tangere id quod motu cietur: & contra quod tangitur, id non tangere, à quo tangitur. Verum quia quæ eiusdem sunt generis, cum motum subeunt, mouent. vt quod tangitur tangat necessarium esse videtur. Quare si quid motus expers moueat, id profecto tanget mobile, nihil autem illud. Interdum enim dicimus eum, qui nos molestia afficit, tangere nos, non nos illum. De tactu igitur rerum naturalium, hoc pacto determinatum sit.

ANT.

Est autem, vt aliquando inquimus, mouens tangere solum id quod mouetur, quod tangitur autem non tangere id quod tangit. Sed quæ mouent mota, quia homogenea, necesse videtur esse quod tangitur tangere. Quapropter si quid mouet immobile ens, illud quidem tangit quod mouetur, illud autem non. inquimus. n. aliquando tristantem tangere nos, sed nos non eum. De tactu quidem igitur in naturalibus determinatum sit hoc modo.

Determinat de tactu improprie dicto dicens, ꝙ sicut inquimus. i. dicimus quoddam esse mouens quod solum tangit id quod mouetur, sed id quod tangitur, s. ipsum motum, non tangit tangens, i. mouens: & in talibus est tactus improprie sumptus: & ista sunt, quæ non sunt vnius generis Physici. Sed illa, quæ sunt homogenea, i. vnius generis naturalis, mota mouent: & in talibus necesse est quòd tactum tangat tangens: & si est aliquod mouens immobile tangit id quod mouetur, sed non tangitur ab eo. & est simile sicut inquimus, i. dicimus aliquando, ꝙ contristans tetigit nos, & nos non tetigimus contristantem, vt quādo aliquis dicit verbum iniuriosum, vnde contristamur, sed nos non tetigimus contristantem. Vlterius epilogat dicens, ꝙ de tactu in naturalibus dictum est hoc modo.

LECTIO. XIX.

Quænam & qualis sint naturæ actiua & passiua declaratur.

VATAB.

Deinceps de actione & passione dicendum est, cum de hisce sententias inter sese subcontrarias à maioribus nostris acceperimus. Plurimi enim vno ore hoc astruunt, à simili, inquam, simile nullum pati, quia neutrum altero potius actiuum sit, aut passiuum quippe cum eadem omnia, similibus similiter insint. At quæ dissimilia differentiaq; sunt, vt mutuo agant patianturque aptissima esse asserunt. Nam cum minor ignis à maiori corrumpitur, ob contrarietatem illum id ipsum pati inquiunt: dicunt.n. multum pauco esse contrarium.

ANT. Tex. c. 46. Si sic a sibi est ipassibile.

De facere & pati dicendum deinceps. Suscepimus enim à prioribus subcontrarios inter se sermones. Multi quidem n. dicunt concorditer, quòd simile quidem à simili omne impassibile est: propterea quòd non magis actiuum aut passiuum est alterum altero. omnia, n. eadem similiter insunt similibus. Dissimilia autem, & differentia & facere & pati adinuicem sunt innata. Etenim quando minor ignis à maiori corrumpitur: propter contrarietatem, hoc, inquiunt, pati: contrarium enim esse multum pauco.

De facere & pati. Rō ordis.

Postquam Philosophus determinauit de tactu ꝙ est vnum de tribus necessarijs ad principale propositum, hic incipit determinare de facere & pati. Et est rectus ordo: quia sicut tactus præcedit actionē & passionem, eo ꝙ agētia & patientia necesse est ꝙ adinuicem se tangant, ita agere & pati præcedit mistionem, eo ꝙ ad mistionem necesse est ꝙ aliquid agat & aliquid patiatur, (Tex. c. 89.) vt infra dicetur. Et ideo ante mistionem determinat de agere & pati. Circa hoc duo facit. Primo determinat de agere & pati, Secundo de modis agendi & patiendi, (Tex. c. 56.) ibi { Quomodo autem contingat. } Circa primum tria facit. Primo ostendit quæ & qualia sunt actiua & passiua, (Tex. c. 53.) Secundo determinat de modis eorum. ibi { Eodem (Tex. c. 55.) modo suscipiendum est. } Tertio ostendit ad quas causas ipsa actiua & passiua reducantur. ibi { Est.n. factio causa vnde principium. } Circa primum tria facit. Primo ponit opiniones aliorum de ipso facere & pati, secundo manifestat ostendendo causas contrarietatis ipsius, (Tex. c. 48.) ibi { Videntur autem hoc modo. } Tertio ponit (Tex. c. 50.) opinionem suam. ibi { Sed qm̄ non quodcūq; innatum est. } (Prima opinio ꝙ sile n̄ patit a sili.) Circa primum ponit vnam opinionem dicens, ꝙ, postquam determinatum est de tactu, dicendum est de facere & pati: prius tamen videndum est quid de ipso dixere priores Philosophi. Vidētur.n. eorum opiniones de facere & pati esse contrariæ. nam multi concordauerunt in hoc, ꝙ ea quæ agunt & patiuntur adinuicem, necesse est penitus esse dissimilia. Cuius rationem assignabant dicentes ꝙ inter similia, vnum non habet magis rationem agentis quàm aliud, nec è conuerso: vnde non habet magis rationem patiētis quàm aliud. omnia.n. hæc, s. agere & pati, similiter eodem modo insunt his quæ sunt similia. sed illa quæ sunt dissimilia, & differunt in formis & qualitatibus, nata sunt agere & pati adinuicem. (Obiectio.) Siquis autem obijceret contra eos dicens, ꝙ similia & agunt & patiuntur adinuicem, sicut multus siue magnus ignis corrumpit paruum ignem, quia sunt similes & vnius naturæ. (Responsio.) Respondetur, ꝙ hoc non est propter similitudinem quam habent, sed est propter contrarietatem in quantitate ipsorum: magnum enim contrariatur paruo. Secundo cum dicit.

E *Democritus vero, solus præ cæteris peculiariter dixit. Nam agens & patiens, idem ac simile esse asserit. non enim fieri posse arbitratur, vt differentia atque diuersa à sese vicissim patiantur. Sed & si quæ diuersa sunt quippiam in sese mutuo agant, hoc illis euenire, non quo diuersa sunt, sed quo idem quippiam habent. Quæ igitur dicuntur, talia sunt.* VATAB.

ANT. Tex. c. 47.

Democritus autem vltra alios dixit solus singulariter. Inquit.n. idem & simile esse faciens & patiens: quia altera & differentia non contingit pati abinuicem. Sed, si altera existentia faciunt aliquid adinuicem, non secundum quòd altera, sed secundum quòd idem aliquid sunt, sic hoc accidere eis. Quæ dicuntur igitur hæc sunt.

Scda opi. ꝙ simili soliī a simili patitur.

Ponit aliam opinionem quę primæ videtur esse contraria: & est opinio Demo. qui in hac opinione fuit singularis & solus. Dixit enim ꝙ agens & patiens est omnino idem & simile: quia quę sunt diuersa & dissimilia, F nec agunt, nec patiuntur adinuicem. Sed, si contingat quòd aliqua diuersa & dissimilia agant & patiantur adinuicem, hoc non est inquantum diuersa, sed inquantum aliquo modo sunt idem & similia. Hæc ergo sunt quæ accipimus ab antiquis de ipso facere & pati.

Deinde cum dicit.

VATAB.

Qui autem hoc pacto dicunt, subcontraria dicere videntur. Contradictionis vero causa, est hæc. Nam, cum totum quippiam contemplari oporteat, de parte quadam loquuntur vtriq;. Nam quod simile est, & omni ex parte nullam prorsus habet differentiam, nihil à simili pati, rationi consentaneum est. Cur enim potius alterum altero erit passiuum? Item si fieri queat vt quippiam patiatur à simili, illud quoq; à sese pati poterit. Atqui his ad hunc modum sese habentibus, nihil aut incorruptibile aut mutationis expers fuerit, si quidem simile quatenus simile G existit actiuum sit. Nam corpus omne sese interno proprioq; motu mouebit. Et quod prorsus diuersum & nullatenus idem est, similiter. Nam neq; albedo à linea, neq; linea ab albedine quicquam patietur, nisi forte per accidens. ceu, si lineam esse albam, aut nigram acciderit. Non enim ea quæ neq; contraria sunt, neq; ex contrarijs constant, sese extrudunt propelluntq; à natura.

ANT. Tex. c. 84.

Videtur autem hoc modo dicentes subcontrarios dicere sermones. Causa autem contradictionis est cum totum inspexisse debuissent, partem tantum aliquam utriq; dixerunt. Simile.n. omnino indifferens rationabile est non pati à simili. nihil.n. magis actiuum erit alterum quàm alterum. Sed, si simile à simili pati aliquid possibile, & ipsum à seipso. Quamuis his ita se habentibus, nihil vtiq; erit nec incorruptibile, neq; immobile. Sed si simile secundum quòd simile actiuum, ipsum.n. seipsum mouebit omne. Et H omnifariam alterum, & nullatenus idem similiter. neq; enim patietur albedo à linea, aut linea ab albedine preter quàm secundum accidens, puta si accidat albam, siue nigram lineam esse. Non extenus.n. ipsa seipsa à natura faciunt quæcunq; neq; contraria, neq; ex contrarijs sunt.

Si sile & sili patit, & idē a seipso patietur.

Tex. c. 49.

Cur ita cōtrariabant inter se antiqui.

Manifestat primas opiniones ostendendo causam contrarietatis in ipsis, dicens, ꝙ antiqui Philosophi videntur dicere subcontrarios sermones. qui ideo dicuntur subcontrarij, quia quodammodo sunt veri, & quodammodo falsi, vnde aliqualiter compatiuntur se adinuicem, sicut subcontrariæ propositiones. Causa autem diuersitatis & contrarietatis istarum opinionum est: quia, cum oporteat consyderare naturam actiuorum & passiuorum ex vtraq; parte, s. tam ex parte terminorum quā ex parte subiecti: siue tam ex parte materiæ, quàm

quàm ex parte formæ, quod idem est, consyderauerunt A tantum vnam partem. & ideo in parte verum dixerũt, & in parte falsum. Primi.n. qui dixerunt actiua & passiua omnino dissimilia, consyderauerunt ea tantum ex parte terminorum siue formarum. Et in hoc bene dixerunt: quia non est conueniens ꝙ omnino simile in materia & in forma patiatur ab omnino sibi simili in materia & in forma: quoniam sicut antiqui dicebant, nullum corpus est dignius agere in alterum quàm alterũ. Alia etiam ratione inducebantur ad hoc ponendum: ꝙ, si simile agit in simile, vbi maior est similitudo, magis ibi est ratio actionis & passionis: sed cum nihil sit similius alteri quàm idem sibiipsi, idem à seipso patietur, & seipsum corrumpet. nihil ergo incorruptibile, nihil immobile erit. Qui vero dixerunt actiua & passiua esse similia, consyderauerunt ea solum secundũ materiam, & quantum ad hoc bene dixerunt: quia id quod est omnino alterum, & nullatenus idem, non aget in alterum B nec patietur ab eo. Impossibile est.n. quòd ea, quæ non communicant in materia agant & patiantur mutuo.

Supra tex. c. 43.

Et ponit exemplum de linea & albedine: quę, cum non communicant in materia, impassibilia sunt adinuicem: nisi forte per accidens adinuicem patiantur: sicut quando linea fit alba vel nigra. Et ꝙ talia non sint adinuicem actiua & passiua, patet ex hoc, ꝙ illa, quæ non sunt contraria, nec ex contrarijs, non faciunt seipsa adinuicem exterius à natura, i. non transmutant se adinuicem vel corrumpũtur. Cum.n. illud quod corrumpitur vel generatur induat aliam formam, dicitur fieri exterius à natura, i. à formã, quam prius habebat, quæ dicitur natura, vt dicitur in Secundo Phy. Deinde cum dicit.

Tex. c. 11.

VATAB.

At, cum non quoduis agere ac pati natum sit, sed quæ aut contraria sunt, aut habent cõtrarietatem, tam agens quam patiens genere quidem simile ac idem, sed specie C *dissimile atq; contrarium esse est necesse. Nam corpus à corpore, & sapor à sapore, & color à colore, & in summa quod eiusdem est generis ab eo quod eiusdem itidem generis est, pati aptum est. Cuius causa est, quòd contraria in eodem genere sunt omnia. Contraria vero inter sese vicissim agunt patiunturque. Quare & agens & patiens partim eadem sint, partim diuersa, atq; inter sese dissimilia, necesse est. Cum autem agens & patiens genere quidem eadem similiaq; sint, specie autem dissimilia: contraria vero sint eiusmodi, tum contraria, tumque inter ea media sunt, inter se mutuo actiua & passiua esse constat. Etenim omnino, generatio atq; corruptio, in hisce consistunt. Quamobrem & ignem calefacere & frigidum frigefacere, & omnino actiuum id quod patitur sibi simile reddere, iam rationi consentaneum existit. nam agens & patiens contraria sunt, & generatio, in contrarium tendit.* D *Quare necesse est, vt patiens in id mutetur quod agendi vim obtinet: hoc. n. pacto, in contrarium erit generatio.*

ANT.

Tex. c. 50.

*Sed quoniam non quodcunq; natum est pati & facere: sed quæcunq; aut contraria sunt, aut contrarietatem habent, necesse est patiens & faciens genere quidem simile esse & idem, specie autem dissimile & contrarium. natum est.n. corpus à corpore. sapor à sapore, color autem à colore pati. vniuersaliter autem homogeneos ab homogeneo. Huius autem causa quoniam contraria in eodem genere omnia: faciunt autem & patiuntur contraria abinuicem. Quapropter necesse est qualiter quidem esse eadem faciens & patiens, qualiter autem altera & dissimilia abinuicem. Quoniam autem faciens & patiens genere quidem eadem & similia sunt, specie autem dissimi*A *lia: talia autem contraria: manifestum quoniam actiua & passiua sibinuicem sunt & contraria & media. Etenim vniuersaliter generatio & corruptio in his & ex his. Et ideo rationabile iam ignem calefacere, & frigidum infrigidare. Contraria.n. hęc sunt, ideo & actiua & passiua. Et vniuersaliter faciens assimilare sibiipsi patiens. faciens n. & patiens contraria sunt & generatio in contrarium. Quapropter necesse est in faciens patiens transmutari. Sic.n. generatio in contrarium erit.*

Agẽs & patiẽs debent esse idẽ generẽ & diuersa specie.

Tex. c. 51.

Ponit opinionem propriam. & circa hoc duo facit. quia primo ponit eam, secundo redit iterum super opiniones antiquorum. ostendendo ꝙ in parte bene dixerunt & in parte errauerunt, & causam erroris ipsorum ibi { Secundum rationem autem non eadem dicẽtes. } Dicit ergo, ꝙ quia non quæcunq; apta nata sunt agere & pati adinuicem, sed solum illa, quę sunt contraria vel B habent contrarietatem, necesse est ꝙ agens & patiens in genere sint idem & similia, & diuersa specie & contraria. Et non sumitur hic genus logice: quia hoc modo alia corpora essent eiusdem generis, sed sumitur genus naturaliter. & hoc modo omnia quæ communicant in materia sunt eiusdem generis. Quod autem actiua & passiua sint talia dupliciter probat. Primo per inductionem, dicens, ꝙ agens & patiens esse eiusdem generis & diuersa specie patet inducendo in singulis. corpus enim natum est pati à corpore, quod est eiusdem generis in substantia, si tamen communicent in materia: quod dico propter corpora cœlestia, quæ non habent eãdem materiam cum inferioribus. sapor autem natus est pati à sapore, & color à colore, quæ sunt eiusdem generis in qualitate, & vniuersaliter res eiusdem generis ab homogenis, i. à rebus naturalibus eiusdem generis. Secundo ibi. { Huiusmodi aũt causa. } Ostendit idem C similiter sic. quæcunq; agunt & patiuntur adinuicem sunt contraria: contraria autem sunt in eodem genere, vt probatur in Decimo Metaph. ergo actiua & passiua sunt in eodem genere. & ideo necesse est ipsa esse qualiter, id est quodammodo esse similia. quia eadem & similia genere, & qualiter, id est quodam modo altera & dissimilia specie, vt dixerunt antiqui. Hanc autem rationem conuertit, de conclusione faciens alteram præmissarum hoc modo, illa, quæ sunt similia in genere, & diuersa specie sunt contraria: sed actiua & passiua sunt talia; ergo sunt contraria: & etiam ipsorum media, quæ ad extrema comparata quodammodo contrariantur. Si ergo secundum istam viam poterit esse generatio & corruptio, quæ fiunt solum per cõtraria, sic etiam ignis poterit calefacere, & frigidum infrigidare, & vniuersaliter faciens poterit sibi assimilare patiens, cum habeat D vnum commune subiectum susceptiuum contrariorum: faciens enim & patiens sunt contraria: & faciens poterit transmutari in patiens, & è conuerso. Sic enim fit generatio & corruptio, scilicet de contrario in contrarium. Deinde cum dicit.

Tex. c. 52.

Quæ sint nata agere & pati adinuicem.

Genus duplex nota & mox Lectio 16.

Materia cæli diuersum gen⁹ a materia elemẽtorum.

Tex. c. 14.

Sylls Arist.

VATAB.

Itaq; tametsi verbo tenus eadem non dicunt, vtrosq; tamen naturam ipsam attingere contingit. Dicimus.n. interdum, subiectum ipsum pati, vt hominem sanari & calefieri ac frigefieri & cætera ad hunc modum. interdum vero, frigidum calefieri, & ægrum sanari. atq; vtraq; vera sunt. Eodem modo, & de agente dici solet: nam interdum hominem, interdum calidum calfacere dicimus. Partim.n. materies ipsa patitur, partim contrarium. Igitur qui ad illam respexerunt, agens et patiens quippiam idem habere oportere putarunt, qui ad alterum contra.

ANT. Tex. c. 52, alias versi.

Secundum rationem autem non eadem sunt dicentes, ambos tamen est tangere naturam. Dicimus enim pati quandoq; subiectum, v. g. sanari hominem, & calefieri, & infrigidari, & alia eodem modo: quandoq; autem calefieri frigidum, sanari autem ægrotantem. ambo autem sunt vera. Eodem modo & de faciente. quandoque enim calefacere hominem inquimus, quandoque autem calidum. est quidem enim vt materia quod patitur, est autem vt contrarium. Ad id quidē igitur respicientes idem oportere habere existimauerunt faciens & patiens, ad alterum autem, contrarium.

Redit ad prædictas antiquorum opiniones, ostendendo causam contrarietatis ipsorum: quod quidem supra licet idem fecerit, non sic tamen aperte manifestauit. Dicit ergo φ antiqui Philosophi sibiinuicem contradicere videntur non eadem dicentes, quia non habuerunt eandem rationem, i. considerationem: vtraq; F tamen pars tetigit naturam actiuorum & passiuorum, vel secundum aliam literam, ambo tetigerunt verum. Dicimus enim aliquando pati subiectum, sicut quando dicimus hominem sanari, vel calefieri, vel infrigidari; & ideo Democ. solum respiciens ad subiectum, dixit actiua & passiua esse similia. & in hoc bene dixit. dicimus etiam aliquando & contrarium pati, sicut calidum frigefieri, & frigidum calefieri; & ideo etiam alij solum terminos intuentes dixerunt ipsa actiua & passiua esse omnino dissimilia,

LECTIO XX.

Agentis ac patientis duplex Genus, primum. s. & vltimum quid sint: & ad quod nam causæ genus Reducantur ostenditur.

VATAB.

Cæterum haud aliam esse rationem de ipso agere ac pati, quàm de ipso mouere ac moueri, existimandum est. G Etenim ipsum quoq; mouens bifariam dicitur. nam & id in quo motus principium inest, mouere videtur:) quippe cum principium, prima causarum sit:) & rursum quod vltimum est, ad id quod mouetur & generationem. Simili modo, de ipso agente est dicendum, nam & Medicum, et vinum sanare dicimus. Nihil igitur vetat in motu quo minus primum mouens immobile sit; immò in nonnullis etiam necessarium existit. at vltimum semper subeundo motum moueat necesse est. In actione autem, ipsum quidem primum nihil patitur, vltimum vero patitur.

ANT. Tex. c. 53.

EOdem modo suscipiendum est de facere & pati quo & de moueri & de mouere. Dupliciter n. dicitur & mouens. in quo. n. est principium motus, videtur hoc mouere (principium. n. prima causarum:) & rursus vltimum ad id quod mouetur ad generationem. Similiter autem & de faciente: etenim Medicum sanare dicimus, & vinum. Primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidem immobile esse, in quibusdam autem est & necessarium, vltimum autem semper mouere motum. In actione autem primum quidem impassibile, vltimum autem & ipsum patiens.

Principiū prima cāx.

Postquam Philosophus determinauit naturam actiuorum & passiuorum ostendendo quæ & qualia sint, hic inquirit de modis eorum. & primo distinguit agentia abinuicem, secundo assignat causam diuersitatis ipsorum. ibi { Quæcunq; autem non habent. Dicit ergo primo φ suscipiendum est, φ facere & pati dicuntur multipliciter, vt, mouere & moueri, vtrunq; n. dicitur dupliciter, sicut mouens: quoniā in vtroq; est primum & vltimum. id. n. est primū mouens, in quo est primum

Agere & pati, mouere & moueri dupl'r.

E principium motus, quod verissime mouere videtur. principium. n. mouendi est prima causa causarum, vir autem habens mouendi à seipso non ab alio. vltimum autē mouens est id quod mouet per aliud, & post quod non est aliud mouens, sed post ipsum est solum id quod mouetur ad generationem. Similiter autem duplex est faciens. quoddam primum, sicut Medicus, qui est prima causa sanitatis: & quoddam vltimum, sicut vinum vel potio, quæ etiam est causa mouens ad sanitatem. Inter hæc autem duo mouentia hæc est differentia: quia primum mouens potest esse immobile, sicut Medicus, qui non mouetur ab aliquo dum sanat, nisi forte per accidens. in quibusdam tamen necesse est primum mouēs esse omnino immobile, sicut in his, quę sunt omnino separata à materia. & hoc dupliciter: quia vel est omnino immobile, si nullam habeat materiam penitus: aut est immobile ab eo quod mouetur ab ipso, & hoc, qñ non habet eiusdem rationis materiam cum eo quod mouetur. Vltimum autem mouens, post quod non est aliud nisi id quod mouetur tantum, necesse est semper mouere motum ab eo priore: Et similiter est in actione: quia quoddam est agens primum, quod est impassibile: & quoddam agens, quod patitur. Deinde cum dicit.

Dfia inter mouēs primum & vltimum.

VATAB.

Quæ enim eandem materiam non habent, ea citra passionem agunt. ceu medendi ars, hæc enim sanitatem efficit. & nihil ab eo patitur quod sanari solet. At cibus dum agit, ipse quoque quippiam patitur. aut enim calefit aut frigefit, aut aliud quippiam patitur, & simul agit. Est autem medendi ars, veluti principium, cibus vero. vltimum ac tangens. Quæcunq; igitur actiua, in materia formam non habent, ea pati nequeunt quæcunq; habent, queunt. Nos enim similiter prope dixerim omnes, oppositorum vtriusuis eandem esse materiam, sicuti genus vnum dicimus. Atque quod calidum esse potest; id propius ad moto præsenteque calefactiuo incalescat necesse est. Iccirco, sicuti diximus, ex his quę agendi vim habent, quædam pati non solent, quædam pati solent. Atque quo modo in motione res sese habet, sic & in actione. nam vt illic quod primo mouet, motus expers est, ita & hic quod primo agit, pati nequit.

ANT.

Quæcunq; autem non habent eandem materiam, faciunt impassibilia existentia. v. g. Medicatiua. Ipsa. n. faciens sanitatem nihil patitur à sanato: cibus autem faciēs ipse patitur etiā. aut. n. infrigidatur, aut calefit aut aliud quid patitur simul faciens. est autem Medicatiua quidem vt principium; vltimum autem cibus est, & tangens.

Quæcūque non habēt eādē materiā, impassibilia sunt.

Tex. c. 54.

Quæcunq; quidem igitur non in materia habent formam, hæc quidem impassibilia sunt actiua; quæcunq; autem in materia passiua Materiam quidem. n. dicimus omnes similiter eandem, vt ita dicam, esse oppositorum cuiuslibet, & vt genus ens: potens autem calidum esse, præsente calefaciente & approximante, necesse est calefieri. Ideo (quemadmodum dictum est) hæc quidem impassibilia actiuorum, hæc autem passibilia: & quemadmodum in motione, eodem modo habet & in actione. Illic enim primitus mouens immobile, & in factiuis primitus faciens impassibile.

Quæcūque nō in materia hñt formā, impassibilia sunt.

Assignat causam diuersitatis ipsorum dicens, φ causa, quare quoddam agens est quod agēdo patitur, quoddam autem non, est ista: quia quædam non habent eandem materiam, & talia agentia faciunt vel agunt existentia impassibilia, idest ipsis non patientibus ab his, in quæ agunt, verbigratia medicina faciens sanitatem nihil patitur à sanato: quia non communicat cum

eo in

eo in materia. Quædam autem habent eandem materiam, ficut cibus vel potio, & id quod fanatur, & ideo cibus agendo patitur: quia aut calefit aut infrigidatur. Inter hæc duo agentia, f. medicinam & cibum, medicina eft principium, in quo primo eft actio: cibus autem eft agens vltimum, quod agit per tactum. Quæcunq; igitur agentia non habent eandem formam in materia, quæ fit eiufdem rationis cum pafsibilibus, hæc cum fint de numero agentium fiue actiuorum, funt impafsibilia. quęcunq; autem habent formam in materia eiufdem rationis, agendo patiuntur. Subiungit ad horum declarationem quæ dicatur materia vna aliquorum: & dicit, q dicitur effe vna materia cuiuflibet, quæ eft fufceptiua contrariorum: quæ licet fit vna fubiecto, differt tamen fecundum effe: & propter hoc dixit, vt ita dicam. Et ipfa materia dicitur vt genus, non quidem prædicabile, fed dicitur genus fecundum q genus dicitur fubiectum primum, quod fubftat duobus contrarijs aut pluribus: contrariorum autem vnum eft in actiuo, alterum eft in pafsiuo: & ideo vna materia eft actiui & pafsiui. Et quod per naturam poteft effe calidum neceffario calefit, quando appropinquat calidum calefaciens ipfum. hoc ergo quod dictum eft, caufa eft, quare quędam agentia funt pafsibilia, & quædam impafsibilia. Et ficut dictum eft in motione, ita dictum eft in actione. quia ficut in mouentibus primum mouens eft immobile, in effectiuis primum efficiens eft impafsibile. Deinde cum dicit.

Quæ cõicãt in materia agunt & patiũtur: quæ vero non e contrario.

Gen' Logicũ & Phyficum.

Notabile.

VATAB. *Nam caufa vt vnde principium motus exiftit actiua eft. Cuius autem gratia cætera fiunt, actiua non eft. Quapropter fanitas ipfa, non eft actiua, nifi per tralationem. Etenim cum ea, aliquo quidem agente, adeft, patiens fit quippiam. fed cum habitus ipfi adfunt, nihil præterea fit, fed iam eft. formæ autem atq; fines, habitus quidam funt. At materies, vt materies pafsiua eft. Igitur ignis, in materia calorem habet. Quod fi calor feparabile quippiam effet, is nimirum pateretur nihil. fed fort affe fieri nequit, vt is feparabilis fit. quòd fi fint nonnulla eiufmodi, in eis profecto verum fuerit, quod dicimus. Quid igitur fit agere ac pati, & quibus competat, & qua de caufa, & quemadmodum, hoc pacto fit definitum.*

ANT. Tex. c. 55. *Eft enim factiuum caufa, vt vnde principium motus, cuius autem gratia non actiuum. nam fanitas non factiuum eft, nifi fecundum metaphoram. Etenim hoc quidem faciente quando exiftit, generatur aliquid patiens, habitibus autem præfentibus nõ amplius generatur aliquid, fed eft iam: fpecies autem & finis habitus quidam. Materia autem fecundum quòd materia pafsiuum. Ignis quidem igitur in materia habet calidum. Si autem aliquid feparatum calidum effet, hoc nihil pateretur. hoc quidem igitur forfitan impofsibile eft feparatum effe. Si autẽ funt quędam talia, in illis vtiq; erit verum quod dicitur. Quid quidem igitur facere & pati, & in quibus infit, & quare, & quomodo, determinatum fit hoc modo.*

Sanitas nõ eft factiuũ nifi fm metaphoram. Habitib' pñtibus in materia ceffat motus. Si calm aliqd feparatũ erit nihil patietur.

Oftendit ad quam caufam reducatur agens, & ad quam patiens. dicens, q agens eft vnum primum principium motus, & eft diverfum à caufa formali & finali, & non dicitur finalis, nifi fecundum metaphoram. Et q non fit formalis nec finalis, fic probat: quia, quando faciens eft fecundum actum faciens, tunc aliquid generatur in patiente. Sed talibus habitibus fiue formis, ficut eft fanitas, quę eft finis operationis. Medicinæ, præfentibus, non generatur aliquid nec fit, fed iam eft: fpecies. n. & fines funt habitus quidam quiefcentes: nam A habito fine quiefcit motor. Secundo cum dicit. { Materia autem. } Oftendit ad quam caufam reducatur patiens, dicens q reducitur ad materiam: quia materia fecundum q materia pafsiua eft: & ideo, quæ patiuntur, patiuntur per materiam. Quę autem funt actiua & pafsiua, habent fpeciem in materia: ficut ignis habet effe calidum in materia. fi autem effet aliquid calidum feparatum à materia, hoc nihil pateretur. fed forfan impofsibile eft effe aliquid tale feparatum: licet quidam hoc dixerunt. Si autem aliqua fint talia, quæ fint à materia feparata, in illis verum eft quod dicitur, fcilicet quod nihil patiuntur. Sed de hoc in prima Philofophia locus erit determinare. Ex hoc manifefte patet, quòd omnis potentia pafsiua & omnis pafsio eft per materiam, & omnis actio eft per formam. Vltimo epilogat, & eft planum in litera.

Ois actio ẽ p formã & ois pafsio p materiam.

B

LECTIO. XXI.

Opiniones afferuntur aliorum de rerum generatione & interitu, ac diluuntur.

VATAB. *Quo autem pacto id euenire queat, dicamus rurfum. Quibufdam igitur pati quodq; videtur, vltimo principaliſsimoq; agente per quofdam meatus fefe intrudente, atque nos hoc pacto & videre & audire, cæterifq; alys fenfibus fentire aiunt. Tum etiam per aerem & aquam & ea quæ perfpecta atq; tranflucida funt res ipfas videri: propterea quòd meatus habeãt, inuifibiles quidem ob paruitatem fed tamen frequentes, & ferie quadam ac ordine difpofitos: et magis, quæ magis perfpicua dilucidaq; funt.*

ANT. Tex. c. 56. *Quomodo autem contingat hoc accidere rurfus dicamus His quidem videtur pati vnumquodque per quofdam poros, ingrediente faciente vltimo & principali: & hoc modo videre & audire nos C inquiunt, & fecundum omnes alios fenfus fentire. Amplius videri per aerem & aquam, & per tranfparentia: quia poros habent inuifibiles, propter paruitatem fpiffos. autem & fecundum ordinem: & magis habent tranfparentia magis.*

Poftquam Philofophus determinauit de natura actiuorum & pafsiuorum, & de modis eorum: & oftendit ad quas caufas reducantur, hic determinat de modis agendi & patiendi, quomodo, f. contingat agere vel pati: & primo fecundum opinionem aliorum, fecundo fecundum opinionem propriam, ibi { Quo autem modo exiftit. } Circa primum duo facit: Primò ponit opiniones aliorum, fecundo reprobat eas. ibi { Vt autem parum difgredientes. } Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum, fecundo comparat eas adinuicem. ibi { Leu. autem æftimatus. } Circa primum duo D facit. Primo ponit opiniones aliorum in generali, fecundo in fpeciali. ibi { Hi igitur in quibufdam. } Dicit ergo primo, q dicendum eft rurfus, quo contingat agere & pati. Dicit autem rurfus: quia iam dixit quendam modum actionis & pafsionis in genere, nunc defcendit ad fpeciales modos fumptos ex parte actiuorum & pafsiuorum, fcilicet qualiter veniat agens ad patiens, vt imprimat ei fuam formam, per quam intendit ipfum patiens tranfmutare. Circa hoc autem fuerunt diuerfæ opiniones. quibufdam. n. vifum fuit, q vnumquodque, quod patitur, patitur per quofdam poros, qui funt in ipfo patiente: per quos ipfum agẽs, quod eft proximum patienti, ingreditur in patiens per illos poros, & vndique contangit ipfum, & vndique patitur patiens, & non in vno loco tãtum: & per hunc modum dicunt, q

Tex. c. 73. Tex. c. 64. Tex. c. 60.

Sēsus effunduntur sup sensibile secūdū istos. videmus & sentimus secundum alios sensus omnes: quia secundum eos visus & auditus effunduntur super visibile per media. ideo dixerunt ꝙ per poros illorum corporum, quæ sunt media sensuum, videmus & audimus. Dicunt etiam ꝙ ideo plus videmus per aerem, & aquam, & per alia corpora diaphana, sicut est vitrum, & cristallum: quia illa corpora habēt plures poros aliis: qui pori sunt inuisibiles propter paruitatem, sed magis spisse positi & melius ordinati, quia directi: & ideo videt melius per transparens visus, si reperit rectam lineam, per quam videat: & quia magis transparens habet poros spissiores & directius ordinatos, ideo quanto fuerit magis transparens, tanto per ipsum melius videmus. Deinde cum dicit.

VATAB. *Quidam igitur, quemadmodum & Empedocles, hoc pacto in nonnullis definierunt, non solum in agentibus patientibusque, sed & ea misceri aiunt, quorum pori atque meatus commensiles inter sese sunt.*

ANT. *Hi igitur in quibusdam determinauerunt ita, quemadmodum & Empedocles, non solum in facientibus & patientibus: sed & misceri inquiunt ea, quorum pori inuicem sunt commensurabiles.*

Ponit opiniones eorum in speciali: & diuiditur in tres partes secundum tres opiniones, & primo ponit opinionem Emp. & dicit ꝙ quidam magis ad speciem descendentes, dicunt ipsos poros non solum in actiuis & passiuis, sed etiam illa dicunt adinuicem bene admisceri, quorum pori sunt commensurabiles, vt vnum in aliud ingredi possit; ita ꝙ plurimum vnius sit in plurimo alterius, & è conuerso. Deinde cum dicit.

VATAB. *Vna autem ratione ac via maxime de omnibus definiere Leucippus & Democritus, principium facientes quod quidem secundum naturam est.*

ANT. Tex. c. 57. *Compendiose autem maxime & de omnibus vno sermone determinauerunt Leucip. & Democritus principium facientes secundum naturam.*

Ponit opinionem Leucippi & Democriti dicens, breuiter & compendiose dicamus, ꝙ vno etiam simili sermone dixerūt Leucip, & Demo. ambo. n. posuerunt

Tex. c. 57. principium, quod est secundum naturam. Per ipsum. n. sicut infra dicitur, reddebant causam generationis & corruptionis, & ad sensum apparentia confitentur, & ideo dicitur secundum naturam magis quàm positio aliorum, qui de naturis rerum, per sua principia causas assignare non possunt. Deinde cum dicit.

VATAB. *Nonnullis enim ex Veteribus, id quod est, necessario esse vnum atq; immobile, visum est. vacuum enim ipsum, non esse: nihil autem moueri posse, si vacuum separatum in ratione rerum non sit. Nec rursus esse multa, si ipsum non sit, quod ea distinguit. Cæterum putare vniuersum ipsum non esse continuum, sed ea quibus constat diuisim sese tangere, idem profecto esse, atque ipsum multa & non vnum esse & vacuum dicere. Nam, si omni ex parte diuisibile sit, nullum vnum esse, quare nec multa, sed vacuum vniuersum. Sin vero partim diuisibile sit, partim non diuisibile, hoc figmento cuidam esse persimile. Nam quatenus, quanq; ob causam pars alia vniuersi hoc pacto sese haberet, plenaque esset, alia diuisa? præterea, sic esse necessarium motum non esse. Ob hasce igitur rationes nonnulli sensum prætereuntes despicientesque, quasi rationem sequi ducem oporteat, vniuersum ipsum, vnum & immobile & infinitum esse asserunt. Nam alioqui (inquiunt) finis ad vacuum finiret. Quidam igitur ad hunc modum & ob causas hasce, de ipsa veritate dixerunt. Sed cum in rationibus hæc videantur euenire, in ipsis vero rebus minime: hoc pacto sentire, insaniæ persimile existit, nemo enim ex hisce, quos insania male habet, à mente eo vsque discedit, vt ignem & glaciem, vnum esse putet; sed solum quæ bona honestaq; sunt, & quæ per consuetudinem talia esse apparent, ea quibusdam ob insaniam nihil differre videntur.*

ANT. *Quidam enim Antiquorum opinati sunt ex necessitate esse vnum omne & immobile: vacuum quidem enim non ens, moueri autem non posse si non vacuum separa-* Tex. c. 58. *tum. Neque rursus multa esse si non sit segregans. Hoc enim nihil differt, vt si quis existimet non continuum esse omne: sed res diuisas semuicem tangere & fore multa & non vnum esse, & vacuum. Si. n. vbiq; diuisibile, nihil esse vnum: quapropter neq; multa, sed vacuum omne. Si autem tum diuisibile quidem, tum autem non, fictitium aliquod hoc vtiq; videri. Vsque quantum. n. & propter quid hoc quidem se habet ita esse totale, & plenum est, hoc autem diuisum? Amplius autem & sic fore necessarium non esse motionem. Ex his igitur vtique sermonibus transcendentes sensum, & despicientes eum enunciant, ac si conueniens sit rationem sequi, vnum & immobile omne esse dicunt, & infinitum quoddam. finem. n. finire vtique ad vacuum. Hi igitur propter causas has enunciant* T. c. 59. *ita de veritate. Amplius autem in sermone videtur hoc quidem contingere: in rebus autem ita opinari dementiæ est simile. nullus enim dementium egreditur in tantum, vt ignem & glaciem vnum esse existimet: sed solum bona & apparentia propter assuetudinem, hæc quiquisdam nihil videntur differre propter dementiam.*

Ponit opinionem Parmę. & Melissi. qui opinati sunt esse tantum vnum principium, & illud esse immobile & continuum. Quod autem sit immobile sic probabāt, Motus non potest esse nisi sit vacuum: sed vacuum non est: ergo motus non est. ergo est tantum vnum & immobile. Quod vero sit tātum vnum sic probabant. Multa non possunt esse nisi sit aliquid separans & diuidens ea: nihil autem potest esse segregans & diuidens nisi vacuum sit: sed vacuum non est: ergo non possunt esse multa segregata: & sic omnia vnum sunt. Et, quia posset dici eis ꝙ multa sunt se tangentia, ita ꝙ inter ea non sit vacuum segregans, Dicunt, ꝙ hoc nihil differt: quia continuum & cōtangens idem dicebant esse. nam secundum eos continui partes se contangebant. Dixerunt etiam ꝙ nihil differt ꝙ sint multa, & quòd non sit vnum, & ꝙ dicatur esse vacuum: quia continuum & contiguum sunt idem secundum istos, nec multa sunt nisi sint diuisa, & ꝙ non diuidebātur nisi per vacuum: sed non est vacuum: ergo nec multa, sed omnia continua. Si. n. dicatur ꝙ ens vbique, i. in omni puncto, sit diuisibile: tunc potest dici ꝙ nihil sit vnum: sed multitūdo componitur ex multis vnis: ergo nec multitudo erit, ergo totum erit vacuum. Si autem dicatur totum ens esse continuum, tum quidem, i. secundum aliquid esse diuisibile, tum autem non, i. secundum aliquid esse indiuisibile, hoc vtique videbitur esse fictitium, cum non sit magis ratio, quare in vno puncto diuidatur q̃ in alio. vsq; ad quantum. n. erit diuisibile, ita ꝙ ibi stet diuisio: & quare aliquid de vniuerso ita se habet quod diuiditur & separatur per vacuum, aliud autem se habet quod est plenum, & non diuiditur, ita quod vnum ab alio separetur per vacuum, non videtur horum posse ratio assignari. Amplius autem sequitur ex necessitate quod nihil mouebitur per istas rationes. ergo transcenderunt

scenderunt & dimiserunt sensum, & ea quæ per sensum A apparent, opinantes quod magis debemus sequi rationem quam sensum. Quod autem totum ens sit infinitum sic probabat. Si ens finitur, aut finitur ad plenum, aut ad vacuum: sed ad plenum non potest finiri, quia plenum est ens. idem enim finiretur ad seipsum: vel eadem ratione illud plenum finiretur ad aliud plenum, & sic esset abire in infinitum: ergo oportet quod finiatur ad vacuum, sed vacuum non est: ergo ad nihil finitur. ergo oportet quod ens sit infinitum. Isti ergo propter tales causas sic enunciauerunt de veritate. Adhuc in sermone per ipsorum rationem sophisticam videtur hoc sequi quod dictum est, non tamen in rei veritate contingit. Si autem res ipsæ inspiciantur, dementiæ videtur esse simile dictum eorum. nullus enim demens intantum egreditur à iudicio veritatis, quòd dicat ignem & glaciem esse vnum: quod illi dicebant ponentes omnia esse vnum. Licet aliquis propter cõsuetudinem vel propter apparentiam putet mala in sensibus esse bona. hoc enim quibusdam propter dementiam accidit. vnde aliquando inter bona & mala nullam differentiam esse putant. Deinde cum dicit.

Dementiæ signum.

VATAB.

Leucippus vero rationes habere arbitratus est, quæ sensui consentanea dicentes, nec generationem, nec corruptionem, nec motum, nec entium pluralitatem è medio tollant. Consentanee autem hisce quæ apparent, hæc quidem locutus. Illis vero qui ipsum vnum conficiunt, quia sine vacuo non sit motus: & uacuum esse non ens, & eius quod est nihil non ens esse ait. quod enim proprie est, plenum esse.

ANT. T. c. 60.

Leucippus autem existimauit habere sermones, qui ad sensum confessa dicentes, non destruebat generationẽ, neque corruptionem neque motum, neque multitudinem entium. Consensit autem his partim quæ apparent, partim vero ijs, qui vnum astruunt: quare neque esse motum sine vacuo. Vacuumque non esse ens, & entis nihil non ens inquit esse. principaliter enim ens, plenum est ens.

Comparat prædictas opiniones adinuicem. Et primo comparat opinionem Leuc. & Democ. ad opinionem Parme. & Mellisi. secundo comparat eam ad opinionem Empe. ibi { Sed vt Empe. } Tertio ad opinionem Platonis. ibi { Similiter autem aliorum. } Circa primum duo facit. Primo comparat opinionem Leuc. ad opinionem Parme. & Mellisi penes cõuenientiam, secundo penes differentiam. ibi { Sed omne quod tale. } Dicit ergo primo, ꝙ Leuci. putauit habere sermones meliores alijs in hoc, ꝙ confitetur ea quæ sunt manifesta ad sensum. Vnde neque destruit generationem neq; corruptionem, neq; motum, neq; multitudinem rerum: sed confitetur ea quæ sunt omnibus manifesta ad sensum. In hoc tamen dixit eadem cum Parme. & Mellisso: constituentibus, i. dicentibus, ꝙ omne quod est, est tantum vnum, & immobile: quia dicit ꝙ bene sequitur, ꝙ non erit motus nisi sit vacuum. sed in hoc differt ab eis: quia illi destruxerunt consequens, i. vacuum esse: & concluserunt oppositum antecedentis, s. motum non esse. Sed Leuci. ponit antecedens, & infert consequens, s. motum: & ex hoc concludit vacuum esse. vacuum autem dicit esse sicut priuationem, & ideo simpliciter est non ens: quia non est aliquid entium, sicut nec priuatio: tamen est ens, quia est entis, sicut priuatio habitus. vnde plenum dicebat principaliter ens, Deinde cum dicit.

T. c. 61. T. c. 62. fi.

Parme. vacuũ quod Leu ponit.

Vacuũ est sicut priuatio.

VATAB.

Sed quod est eiusmodi, non vnum esse, sed numero infinita, & inuisibilia ob molis paruitatem. Atque hæc, in vacuo ferri, vacuum enim esse. Item cum coalescunt coeuntque, generationem: cum dissoluuntur, corruptionem efficere. Atq; agere & pati, quatenus sese tangunt. nam eatenus, non vnum esse. Et generare, cum componuntur complicanturque. Et ex eo quod vere vnum est, non gigni multitudinem. nec ex hisce, quæ vere multa sunt, vnum: sed hoc esse impossibile.

ANT.

Sed omne quod tale non vnum, sed infinita multitudine, & inuisibilia propter paruitatem tumoris. hæc autem in vacuo ferri: vacuum. n. esse. Et coagmentata quidem generationem facere, dissoluta autem corruptionem: facere autem & pati quatenus se contingunt. Secundum enim id non vnum esse & composita & complicata generare. Ex eo quod vere vnum est, non generari multitudi B *nem, neq; ex vere multis vnum: sed esse hoc impossibile.*

T. c. 61.

Comparat dictas opiniones circa differentiam dicens, Quod licet principaliter ens sit plenum: tamen non omne quod est plenum est vnum, sicut dixit Parme. & Mellissus, sed sunt multa, & infinita, & indiuisibilia, propter paruitatem suæ quantitatis. Hæc enim sunt quæ ipsi appellant athomos, siue corpora indiuisibilia, quæ mouentur in vacuo. quod vacuum ipse Leucippus dicit esse. Quomodo autem fiant generatio & corruptio, & alia, quę apparent ex istis athomis, subiungit dicens. Quod per ipsorum congregationem & conglutinationem fit generatio: cum autem diuiduntur, fit corruptio: cum vero vndiq; se cõtingunt, faciunt actionem & passionem: cum autem penetrant se, & vnum subintrat in alterum, fit augumentum: cum permutauerint ordinem & situm, tunc fit alteratio. Secundum C enim quod dicit & confitetur, necesse est ponere non esse vnum solum, ex quo generantur ista composita & complicata: quia ex eo, quod est vere vnum, impossibile est fieri multa, nec ex vere multis fieri vere vnum. Dicitur autem vere vnum, quod omnino est indiuisibile actu & potentia: vere autem multa, quæ omnino distincta sunt nec actu nec potentia coniunguntur, sicut indiuisibilia. Deinde cum dicit.

De atomis & cõcursu eorum ẽm istos.

Vere vnũ & vere multa.

VATAB.

Sed quemadmodum Empe. & quidam alij aiunt per meatus pati: sic omnem alterationem passionemque hoc fieri modo, cum per vacuum fiat dissolutio & corruptio: similiter autem & accretio, intro subeuntibus solidis. Ferè autem perinde dicat Empedocles atq; Leucippus ait, est necesse: esse, inquam, solida quædam, cæterum indiuisibilia, nisi meatus omni ex parte continui. quod sanè fieri nequit. Nam solidum, nihil aliud præter poros, sed D *totum vacuum esset. Quæ igitur sese tangunt indiuisibilia esse, & quæ inter hæc media sunt vacua quos ille poros meatusq; appellat, est necesse. ad hunc modum, Leuci. de actione & passione dicit. Modis igitur, quibus alia agunt, alia patiuntur, hi ferè dicũtur. & de hisce quidem, & quo pacto dicant, perspicuum est. Et ad positiones, quibus ipsi vtuntur, ferè consentanee accidere videtur, cæteris autem minus. v. g. Empedocli qualit er generatio corruptio, & alteratio fiant, nequaquam liquet. Nam his prima corpora indiuisibilia sunt, figura tantum inter se distrepantia: ex quibus primis entia componuntur, & in quæ vltima dissolui solent. Empedocli vero, cætera quidem vt patet vsque ad elementa ipsa, generationem habent atque corruptionem. At horum ipsorum aceruata congestaque magnitudo quo pacto oriatur ac intereat, ne*

que

que perspicuum est, neque fieri potest vt ipse dicat, nisi & ipsius ignis elementum esse dixerit.

A N T. *Sed vt Empedo. & aliqui aliorum inquiunt pati per poros: ita omnem alterationem & omne pati, hoc modo generari per vacuum fact a dissolutione & corruptione similiter autem. & augmentationem subintrantibus alijs.*

T.c. 62. *Ferè autem & Empedocli necesse est dicere, vt Leucippus inquit. etenim esse quædam solida indiuisibilia autem, si non vbiq; pori continui sunt. hoc autem impossibile: nihil.n. aliud solidum extra poros, sed omne vacuum. Necesse igitur tangentia quidem esse indiuisibilia: media autem eorum vacua, quos ille dicit poros. ita autem & Leucippus dicit de facere & pati. Modi igitur, secundum quos hæc quidem faciunt, hæc autem patiuntur, ferè hi dicuntur. Et de his quidem, & quomodo dicunt manifestum est & ad eorum positiones quibus vtuntur ferè confesse hoc contingere videtur, alijs autem minus. v. g. Empe quomodo erat generatio & corruptio, & alteratio, non est manifestum His n. erant corpora indiuisibilia prima corporum, formis differentia solum ex quibus primum componuntur, & in quæ vltimo dissoluuntur. Empedocli alia quidem manifestum, quoniam vsque ad elementa habent generationem & corruptionem: ipsorum vero elementorum quomodo generatur & corrumpitur coaceruata quantitas, neque manifestum, neq; contingit dicere ei non dicenti & ignis elementum esse.*

Comparat opinionem Leucippi ad opinionē Emp. & primo penes conuenientiam, dicens. ꝙ Democ. & Leucippus dicunt ꝙ res patitur per poros, sicut Dixit Emp. & quidam alij de antiquis philosophis. & dicunt; ꝙ omne pati & omne alterari hoc modo generatur, & fit quod fit: ita ꝙ fiat rei dissolutio per interpositionem vacui: quia vacuum interponitur ipsis rebus, ita ꝙ pars huc, pars illuc feratur. Similiter augmentationem fieri per subintrationem ipsorum solidorū atomorum adinuicem. Empe. autem ferè necesse est dicere, sicut Leucip. dixit: esse. s. indiuisibilia corpora. Dicit autem ferè: quia Empe. non confitebatur expresse esse aliqua corpora indiuisibilia, sed quia hoc sequitur ad opinionem eius. ponebat. n. poros in ipsis corporibus, ex quibus actio & passio causabatur secundum eum. aut ergo illi pori sunt in toto corpore: ita ꝙ non sit aliquid medium inter eos, aut est aliquod corpus solidum diuidens eos. Si sunt in toto corpore, ita ꝙ nihil sit medium, tunc totum corpus erit vacuum: quod est impossibile. necesse est ergo esse aliquod corpus solidum extra poros, i. præter poros, quod ipsos diuidat & distinguat: & talia corpora necesse est esse diuisibilia: media autem istorum sunt vacua siue foramina, quæ, s. illæ Empe. dicit poros.

Comē. 62. Nulla enim, vt dicit Commentator, est differentia inter vtranq; opinionem: nisi quod secundum Leuci. inter hæc corpora est vacuum, & apud istos ista foramina sunt plena corporibus subtilibus. Conueniunt igitur in duobus, s. in positione vacuitatis, & positione corporis indiuisibilis: & ideo ferè ita dicit Leuci. de facere, & pati sicut Empe. & ideo dicit, ꝙ modi agendi & patiendi secundum vtrosq; ferè sunt idem. Dicit ferè propter prædictam causam. Secundo cum dicit. { Et de his quidem. } Ponit differentiam inter vtranq; opinionem, dicens, ꝙ istorum differentia de modis agendi manifesta erit ex eorum positionibus sequētibus. Nam Leucip. magis potest dare ex sua opinione causam eorum, quæ manifeste videntur. Emp. autem minus: quia secundum eius fundamētum non est manifestum, quo modo accidat generatio & corruptio, & alteratio in omnibus entibus naturalibus. sed Demo. & Leuc. possunt assignare causam generationis & corruptionis, nō solum mistorum, sed etiam quatuor elementorum, ex corporibus indiuisibilibus: quia secundum istos diuersitas istorum corporum tam simplicium quàm mistorum causatur ex diuersitate corporum atomorum, quę differunt positione, ordine, & forma, & figura, sicut dicitur in. I. Metaph. Empe. vero ex sui positione non potest dare causam generationis. & corruptionis nisi solum istorum mistorum vsq; ad elementa. ponit. n. alia fieri ex quatuor elementis: sed in elementis non potest dare causam generationis & corruptionis. non enim posuit alia elementa priora istis quatuor elementis. vnde non potest dicere propter quid, vel quomodo generentur ex alijs, aut corrumpantur in alia. Deinde cum dicit.

Lect. 8.

Nihil prius quatuor elementis sm Empe.

V A T A B. *Similiter & aliorum omnium, vti Plato in Timeo scripsit. Tantum enim abest, vt eo quo Leucippus modo dicat, quod hic solida, ille plana esse indiuisibilia & hic infinitis figuris ille finitis, indiuisibile quodq; definire asserit, quandoquidem, indiuisibilia vtrique & figuris definita dicunt. Ex his itaq; generationes & segregationes fiunt. Nam Leucippo quidem duo modi esse possunt, & per vacuum, & per tactum hac enim ratione, diuisibile quodque existit. Platoni vero, duntaxat per tactum nam vacuum non esse inquit. Et de planis quidem indiuisibilibus, in hisce quæ prius dicta sunt diximus. de solidis vero itidem indiuisibilibus quod præter ea considerari potest, in præsentia omittatur.*

A N T. T.c. 63. *Similiter autem aliorum omnium, vt in Timeo scripsit Plato. Intantum differt. n. vt non eodem modo cum Leucippo dicat. Quoniam hic quidem solida, hic autem planities dicit indiuisibilia. Et hic quidem infinitis terminari figuris indiuisibilium solidorum vnumquodque, hi autem terminatis: quoniam indiuisibilia vtrique dicunt terminata figuris. Ex his itaq; generationes & segregationes & corruptiones. Leucippo quidem enim duo modi erant, vtiq; per vacuum & per tactum. hic. n. indiuisibile vnumquodque. Platoni autem secundum tactum solum: vacuum enim non esse inquit. De indiuisibilibus autem planiciebus diximus in prioribus sermonibus. De indiuisibilibus autem solidis amplius est dicere. ideo hoc accidens relinquitur nunc.*

Comparat opinionem Leucippi ad opinionem Platonis, & primo penes conuenientiam, dicens, ꝙ sicut Leuci. potest dare causam generationis omnium ex sua positione, ita & Plato secundum ꝙ scripsit in Timæo. Secundo cum dicit. { Intantum differt enim. } Ponit differentiam dicens: ꝙ quamuis Leuci. & Plato conueniant in hoc ꝙ vterque posuit indiuisibilia principia, tamen in tribus differunt. Primo, quia Leuci. dixit illa indiuisibilia esse corpora solida, Plato autem ea dixit esse superficies. Secundo, quia figuræ indiuisibilium corporum, quibus figuratur & terminatur vnumquodque compositorum, sunt infinitę apud Leuci. sed secundum Platonem sunt finitæ. Posuit enim Plato figuras triangulares esse primas omnium figurarū, quæ finitæ sunt. Tertio differunt; quia, cum vterq; istorum dicat generationem & corruptionem fieri per congregationem & segregationem atomorum, secundum Leuci. erunt duo modi, quibus fit actio & passio, s. per tactum agentis & patientis, & per vacuum, quod est porus. secundum Platonem vero erit tantū vnus modus, s. per contactum,

Dña inter Leucip. & Plato. triplex.

tactum,& non per vacuum. Vacuum.n.ſecũdum eum non eſt de indiuiſibilibus ſuperficiebus, vt dictum eſt in Tertio de Cœ.& Mun. Quod autem contingit dicere de indiuiſibilibus corporibus, relinquatur nunc. T.c.61. & inde.

LECTIO. XXII.

Illorum deſtruitur ſententia, qui indiuiſibilia corpora rerum principia aſſerebant.

VATAB. *Vt autem paululum digredientes dicamus: quodque eorum, quæ indiuiſibilia ſunt, impatibile eſſe neceſſe eſt. (non enim fieri poteſt vt quicquam patiatur, niſi per vacuum) nullamq; paßionem efficere (nam vacuum, neque durum, neque frigidum eſſe poteſt.)*

ANT. 4.T.c.6. *Vt autem parum diſgredientes dicamus: neceßarium & impaßibile vnumquodque dicere indiuiſibilium. (non enim poßibile pati niſi per vacuum) & nullius actiuum paßionis. neque enim durum, nec frigidum eſſe poteſt indiuiſibile.*

Poſtquam Philoſophus poſuit opinionem aliorum de princip js rerum naturalium, & de modis quibus agunt & patiuntur adinuicem, nunc in parte iſta reprobat eas. & primo reprobat opiniones eorum, quantum ad poſitionem atomorum, quę dicebant eſſe principia, ſecundo quantum ad modos agendi, quos ponebant. T.c.75. ibi { Quicunque quidem igitur per pororum } Circa primum duo facit. Primo oſtendit indiuiſibilia corpora non eſſe principia, ſecundo quòd non mouētur à vacuo. ibi { Amplius quidam quid quod eſt mouet. } T.c.73. Circa primum ponit duas rationes, T.c.71. ſecunda ibi { Amplius autem vtrum. } Circa primum duo facit. Primo ponit rationem, ſecundo remouet quandam inſtãtiam, quam aduerſarij poſſent dare. ibi { Amplius autem inconueniens. } T.c.70. Quod ergo indiuiſibilia corpora non poſſint eſſe principia, probat ducendo ad impoſsibile, q. contradictoria erunt ſimul vera. & hoc tali ratione. Si indiuiſibilia corpora ſunt principia, nec agent nec patientur adinuicem. item, ſi ſunt principia agent & patientur adinuicem: ergo agent & non agent, patientur & non patientur: quod eſt impoſsibile. Circa rationem iſtam ſic procedit. primo probat q. non agent nec patientur, duplici ratione. quarum Prima talis eſt. Actio & paſsio fit per vacuum, vt ipſi dicunt: ſed in talibus atomis non eſt vacuum: ergo nec agunt nec patiuntur. Secunda talis eſt. Omne quod eſt cauſa actionis vel paſſionis, eſt durum, vel molle, vel aliqua qualitatum diſpoſitum, ſed nullum corpus indiuiſibile eſt tale: ergo nec eſt actiuum nec paſsiuum. Secundo cum dicit.

VATAB. *Atqui hoc abſurdum eſt, ſolum, inquam, rotundæ figuræ calorem tribuere. neceſſe enim eſt, & contrarium, frigus ſcilicet, alicui aly competere figuræ. Abſurdum etiam eſt, ſi hæc quidem, caliditas, inquam, & frigiditas inſint pondus autem, ac leuitas, & durttia, mollitieſque non inſint. Atqui Democritus, indiuiſibilium quodque per exceßionem grauius eſſe aſſerit: quare, vt patet, & calidius. at fieri non poteſt, vt quæ talia ſunt, mutuo à ſeſe non patiantur, ceu à calore admodum exuperante, id quod lente calidum eſt. At vero ſi durum, & molle. Molle autem dicitur, quia pati quippiam ſoleat. quod.n. cedit, molle eſt. At vero & abſurdum quoque fuerit, ſi nihil niſi figura ſolum inſit. item, ſi quid inſit, ſed vnum ſolum. vt ſi hoc durum ſit, illud calidum. neque enim eorum naturæ vna aliqua eſſe poteſt. Pari modo impoßibile fuerit, & ſi plura vni inſint. nam, cum ſit indiuiſibile, in eodem affectus habebit. Quare, ſi patitur quatenus* A *frigeſit. eatenus nimirum & aliud quippiam aget, aut etiam patietur. Ad hunc autem modum de cæteris quoque paßionibus eſt dicendum.*

ANT. T.c.65. *Quamuis hoc inconueniens ſit, ſolum dare circulari figuræ calidum. neceſſe eſt n. & contrarium frigidum alicui aly conuenire figuræ. Inconueniens autem ſi hæc quidem inſint: dico autem caliditas, & frigiditas, grauitas* T.c.66. *autem, & leuitas, durities, & mollities non inſint. Sed tamen grauius ſecundum excedentiam inquit eſſe Demo. vnumquodq; indiuiſibilium. quapropter & calidius. talia autem entia non pati adinuicem impoßibile. v.g. à* T.c.67. *multum excedente calido leuiter frigidum calidum. Sed tamen ſi durum eſt, & molle. Molle autem in patiendo* T.c.68. *aliquid dicitur. ſubactiuum.n. & molle. Sed tamen inconueniens. et ſi nihil inſit, niſi ſolum figura: et ſi inſit, vnum autem ſolum. v.g. hoc quidem frigidum, hoc autem cali-* B *dum. neque.n. vna aliqua eſſet natura eorum. ſimiliter autem impoßibile ſi multa vni. Indiuiſibile enim, cum ſit in eodem, habebit paßiones. Quapropter & ſi patiatur (ſi quidē infrigidatur) ſic & aliquid aliud faciet, aut etiam patietur, eodem autem modo & de paßionibus alys.*

Prima rõ. Oſtendit oppoſitum, ſ. q. corpora indiuiſibilia agãt & patiantur. & hoc triplici ratione. quarum Prima talis eſt. Secundum prædictos Philoſophos, indiuiſibilia corpora, quæ ſunt circularis figuræ, ſunt calida: ergo oportet aliquod alterius figuræ eſſe frigidum: quia inconueniens eſt ponere vnum contrariorum in natura ſine reliquo. ſi autem duæ qualitates ſunt in atomis, neceſſe eſt ponere aliquas qualitates conſequentes eſſe in eis: quæ ſunt grauitas, durities, leuitas, mollities, & aliæ huiuſmodi qualitates. cum concedant in atomis vnum eſſe grauius alio, ſicut apparet in radio Solis, q. vna atomus magis deſcendit quàm alia. Si autem vnus eſt grauior alio, vnus etiam eſt & leuior alio, & vnus calidior alio. cum autem ſint talia, impoſsibile eſt ea non pati adinuicem & agere cum ſibi appropinquant. Patitur.n. leuiter calidum ab excedenti calido: non inquantum ſunt ſimilia in calido, ſed inquantum excedens eſt magis calidum, & illud quod exceditur eſt magis frigido permiſtum. Secundam rationem ponit ibi. { Sed tamen ſi durum. } Quæ talis eſt. ſi Democ. dicit in ipſis atomis eſſe durum, neceſſe eſt q. dicat etiam eſſe in eis molle, per ſupradictam rationem: quia, ſi vnum contrariorum fuerit in natura, & reliquum, vt dicitur ſecundo de Cœlo. molle autem naturali impotentiam reſiſtendi tactui paſsiuum eſt, licet inquantum eſt infuſum humido ſit ſubactiuum. Dicitur autem molle ſubactiuum, quia agit per humidum, quod non eſt ſimpliciter actiuum, ſicut calidum vel frigidum: & per hoc D dictum ſequitur iterũ atomos eſſe actiuas & paſsiuas. Si ergo ſecundum q. deducit Commentator, quocunque componant ea, cõtingit eis impoſsibile: quoniam, ſi ponunt ea non eſſe receptiua paſsionum, ſequitur q. non ſit aliqua cauſa actionis & paſsionis: & ſi ponunt ea receptibilia, contingit vt non ſint receptibilia. ſic ergo ex illorum poſitione contingit vt ſint illorum receptibilia. Et ſicut diximus, licet hoc ſequatur ex dictis Democriti & Leuci. tamen hoc eſt impoſsibile & inconueniens. in atomis.n. aut eſt figura ſola, aut cum figura qualitas actiua & paſsiua. ſi ponatur in eis ſola figura, tunc non erunt actiua nec paſsiua: quia figura nec eſt actiua, nec paſsiua: aliter.n. mathematica agerent & paterentur. ſi autem cũm figura in atomis ponatur qualitas, quandoq; autem vna erit in qualibet atomo aut plures.

Incõuenit ponere vnũ cõtrariorũ in natura ſine reliquo.

Qũo calidũ patiat a calidiori.

Secũda rõ.

T.c.18.

Cur molle dicatur ſubactiuum.

Tertia rõ.

plures. si autem vna, nec propria fuerit in qualibet atomo, & hoc quidem sit calidum, hoc autem frigidum, tunc eorum natura non erit eadem. si ergo differunt in naturis sunt diuisibilia. ergo in indiuisibilia sunt diuisibilia. Si autem plures qualitates insunt vni atomo, quæ quidem actiuæ sunt & passiuæ, illę erunt cõtrariæ: quia actio & passio sunt inter contraria, vt supra dictum est.

T. c. 50.

ergo contraria sunt in eodem indiuisibili. sequitur etiam quòd sint in eodem secundum idem, quod est impossibile. sequitur etiam, ꝙ, si atomus infrigidatur, ꝙ secundum hoc calefiat: quod falsum est. & eodem modo est de alijs qualitatibus actiuis & passiuis, quæ sunt durum, & molle. Deinde cum dicit.

VATAB.

Siquidem hoc ipsum eodem modo accidit, tam ijs qui solida quam qui plana esse indiuisibilia dicunt. nam si vacuum in hisce, quæ indiuisibilia sunt, non insit, neque rariora, neque densiora fieri possunt.

F

ANT. T. c. 69.

Hoc enim & solida & planitiem dicentibus indiuisibilia, contingit eodem modo. neque enim rariora neque densiora est possibile generari vacuo non existente in indiuisibilibus.

Arguit ad hominem.

Reprobat opinionem Platonis dicens, ꝙ etiam Democ. & huiusmodi istud inconueniens sequitur: & ad opinionem Platonis dicentis superficies indiuisibiles esse principia. Dicit enim Plato, ꝙ in illis superficiebus non est vacuum: quia secundum eos impossibile est fieri rarum, nisi per interpositionem vacui in partibus corporis. Sequitur quòd non existente vacuo non generatur aliquid rarius vel dẽsius. cum autem rarum & densum sint primæ contrariæ qualitates ex parte materiæ, istis non existẽtibus aliæ consequentes non erunt: quia ablato priori aufertur & posterius. Sic ergo in corpore nullæ sunt qualitates actiuæ & passiuæ. ergo nec agit nec patitur aliquod indiuisibilium non existente vacuo ipso. Deinde cum dicit.

G

VATAB.

Adhæc illud quoque præter rationem existit: parua inquam, esse indiuisibilia, magna vero minime. Nunc enim haud sine ratione, quę maiuscula sunt facilius quàm quæ parua, frangi solent hæc enim magna scilicet, facile dissoluuntur, quippe quæ in multa impingant. Sed quæ prorsus indiuisibilia existunt, cur paruis potius quam magnis competunt?

ANT. T. c. 70.

Amplius autem inconueniens est & parua quidem indiuisibilia esse, magna autem non. Nunc. n. magis rationabiliter maiora confringuntur quàm parua. hęc quidem enim dissoluuntur facilius paruis. v. g. magna quidem procedunt ex multis, indiuisibilia autem vniuersaliter, quare magis quàm magnis inexistunt paruis.

Remouet quandam instantiam siue falsam responsionem, quæ posset dari ad rationes suas. posset. n. aliquis dicere, quòd atomi parui sunt indiuisibiles, magni autem diuisibiles. vnde remouet dicens, quòd hoc est

H

Paruitas vel magnitudo non est cã diuisibilitatis vel indiuisibilitatis.

inconueniens. Verum enim est quòd rationabilius & facilius magna diuiduntur quàm parua: quia magna facilius dissoluuntur. & hoc ideo, quia magna componuntur ex multis. Non tamen paruitas vel magnitudo est causa diuisibilitatis vel indiuisibilitatis. Ipsa vero atoma de natura sua, & vniuersaliter sunt indiuisibilia, & non propter magnitudinem vel paruitatem. Deinde cum dicit.

VATAB.

Insuper vtrum illorum omnium solidorum vna sit natura, an inter se differant perinde atq; si mole alia ignea, alia terrea essent? Nam si vna sit omnium natura, quidnam id est, quod ea distinxit separauitque? Aut cur cum sese tangunt, non in vnum coalescunt, haud secus quam aqua, cum aquam tangit? nihil enim, posterius à priori differt. Sin vero diuersa, qualianam hæc sunt. Atq; perspicuum est, ea potius quam figuras ipsas poni oportere principia, causasque eorum, quæ eueniunt. Præterea si natura differant, & agent & patientur, cùm mutuo sese tangent.

ANT. T. c. 71.

Amplius autem vtrum omnium vna natura illorum solidorum, aut differt alterum ab alteris. quemadmodum si hæc mole essent ignea, hæc autem terrea. Si. n. vna natura est omnium, quid diuidens? aut quare cum se tangunt non fiunt vnum? quemadmodum aqua, quando aquam tangit: nihil. n. differt posterior aqua à priori. Si autẽ alia, qualia hæc? & manifestum est quòd hę ponenda sunt principia & causas contingentium magis, quàm figuras.

T. c. 72.

Amplius autem differentia in natura vtique facient & patientur approximantia adinuicem.

Ponit secundam rationem principalem ad probandũm atomos, quos illi ponebãt, non esse principia. quæ talis est. Aut illa corpora sunt vnius naturæ, sicut si essent omnia ignea, vel omnia terrea, vel differunt adinuicem in naturis, vt si essent alia terrea, alia ignea. Si autem sunt omnia vnius naturæ & vnius speciei secundum quantitatem, quid erit tunc diuidens & discontinuans ipsos atomos? quasi diceret, nihil. cum enim sint vnius naturæ non est in eis aliquid inuenire, per quod abinuicem discontinuentur. sicut in aqua, cuius partes, quando adinuicem se tangunt, statim continuantur, & non differt posterior pars aquæ à priori: cum autem ipsa corpora atoma nec sic adinuicem continuentur, non erunt vnius naturæ. Nec diuersarum naturarum: quia, si illa corpora sunt alia & alia, vt dictum est, quales sunt illæ diuersæ species vel naturæ? cum. n. illæ naturæ faciant atomos diuersos & discontinuos, oportet ꝙ sint omnes secundum naturas diuersæ. ergo illæ naturæ magis sunt ponendæ causæ & principia rerum, quæ fiunt ex atomis, quàm figuræ atomorum, quos Demo. dixit esse principia. Et præterea, quæ differunt in natura & forma agunt & patiũtur adinuicem, cum approximantur. illa vero, quæ sunt diuersa in figura, non sic agunt & patiuntur adinuicem. ergo magis illæ diuersæ naturæ debent poni principia actionis & passionis, quàm diuersæ figuræ. Deinde cum dicit.

VATAB.

Præterea, quidnam est id quod mouet? Nam si aliud sit affectioni erunt obnoxia: Sin vero quodque sese moueat, aut erit diuisibile, ita vt altera parte moueat, altera moueatur, aut in eodem inerunt contraria: & materies non modo numero vna, sed & potentia erit.

VATAB.

ANT. T. c. 73.

Idem seipsum mouere non põt.

Amplius, quid est quod mouet? si. n. aliud, passiuum est: si autem ipsum seipsum, vnumquodq; aut diuisibile erit, secundum aliud quidem mouens, secundum aliud autem motum, aut secundum idem contraria inerunt. Et non solum materia erit vna numero, sed & potentia.

T. c. 74.

Ostendit ꝙ corpora indiuisibilia non mouentur in vacuo, sicut dicebat Demo. tali ratione, si ista indiuisibilia mouentur in vacuo, quærendum est quid mouet ea, aut enim mouentur à se, aut ab alio: si ab alio, tunc ipsum indiuisibile est passiuum: ergo non est primum principium actionis, sed potius ipsum mouens. Si autem mouetur à seipso, aut erit diuisibile, cum secũdum vnam partem moueat & aliam moueatur, aut in eodem secundum idem existent contraria: mouere. n. & moueri sunt contrariorum. vtrunq; autem istorum est impossibile. Sic etiam non solum esset materia contrariorum

riorum

riotum vna numero, sed etiam potentia esset vna: quod est impossibile. s.n. in materia contrariorum esset vna potentia solum, non haberent ipsa cötraria diuersas naturas: sic etiam non esset multitudo rerum, sed omnia essent vnum: quia omnia essent ab eadem materia & ab eadem potentia numero. Cum.n. actus & potentia non diuersificent speciem, si esset tantum vna potentia, esset tantum vna species. Est autem hoc intelligendum de potentia propinqua ad formas contrarias, quæ non est vna numero, sed diuersa. est.n. alia potentia remota, quæ est vna & eadem contrariorum: & hæc est prima materia, quæ secundum se est in potentia, & ipsa est sua potentia. Deinde cum dicit.

Notabilia pulchra de potentia materiæ.

VATAB.

Qui igitur ob meatuum motionem passiones accidere inquiunt, si oppletis quoque meatibus id euenire dicant, meatus superuacanei sunt. Nam si passio ad hunc fiat modum, vniuersum ipsum etiam si foramina non habeat sed continuum sit, eodem pati modo potest. Insuper, qui fieri potest vt transpiciatur vti aiunt? Nam neque secundum tactus per perspicua transitio fieri potest, neque per meatus si singuli pleni sint. Quid.n. meatus habere an non, refert? totum enim similiter erit plenum.

ANT. T.c. 75.

Quicunque quidem igitur per pororum motionem inquiunt passiones contingere, siquidem & plenis poris, superfluunt pori. Si enim patitur aliquid ita omne, & si non poros habens, sed ipsum continuum ens, patietur eodem

T.c. 76.

modo. Amplius autem quomodo contingit de inspicere & videre, vt dicunt, neque enim secundum tactum contingit transire per transparentia, neque per poros, si plenus est vnusquisque. Quid enim differt à non poros habere? omne enim sic erit plenum.

Reprobat prædictas opiniones quantum ad modos agendi & patiendi, quos ponebant. & circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ ad actionem & passionem non sunt necessarij pori. Secundo ꝙ nec quantum ad diuisionem corporum. ibi { Diuisibilibus autem. } circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ pori non sunt necessarij ad actionem & passionem; Secundo remouet quoddam dubium. ibi { Sed & si vacuum. } Circa primum ponit duas rationes, quarum prima talis est. Quicunq; dicunt contingere passiones ex hoc, ꝙ actiuum mouetur in poris passiui, sicut isti dicunt, ꝙ res patitur cum impleti sunt pori: necesse est eos concedere, ꝙ pori sunt superflui. si enim aliquod corpus patitur, quia actiuum tangit ipsum in poris, tunc illud patitur per actum actiui, & non per poros, etiam si non haberet poros, sed sit totum continuum patietur eodem modo propter tactum actiui; superflui ergo sunt pori. Secundam rationem ponit ibi { Amplius autem quomodo contingit. } Dicens, ꝙ isti non possunt dicere, quomodo videre & inspicere fiat, qñ iste sensus fit per transparentiam, sicut per vitrum vel cristallum. Manifestum.n. est ꝙ sentiens secundum tactum non transit per transparentiam, vt ad rem sensatam perueniat, quia illi sensus fiunt per distantiam. Nec iterum possunt dicere ꝙ sensus fiat per poros si plenus est vnusquisq; pororum, sicut ipsi dicunt: nihil.n. differt habere poros plenos, & non habere poros: quia totum corpus est transparens, sicut erit plenum. Deinde cum dicit.

At vero si & hæc quidem vacua sint, sed corpora in se necessario habeant, idem rursum accidet. Quod si magnitudine tantilla sint vt nullũ corpus admittere queant, putare quod paruum est vacuum esse, quod magnum non vacuum, nec quantulumcunq; quidem, aut dicere sese pu- A *tare vacuum esse quippiam aliud præter corporis locum, ridiculum est. Quare, vt patet, vacuum omni corpori, mole æquabile erit. in summa, meatus facere, superuacaneum. nam si per tactum agat nihil, neque per meatus sese insinuando aget. Sin vero quippiam ex eo agat quia tangit: etiam si meatus nulli sint, eorum quæ inter se agere ac pati nata sint alia agent, alia patientur. Perinde igitur meatus astruere vt quidem existimant: aut falsum esse, aut certe vanum, ex hisce constat.*

Sed & si vacua quidem hæc sint, necesse autem corpora in seipsis habere, idem contingit rursum. Si autem talia sint secundum magnitudinem suam, vt non suscipiant corpus aliquod, ridiculum, paruum quidem existimare vacuum, magnum autem non esse vacuum. Qualecunq; autem vacuum aliquod existimare dicere nisi regionem corporis. Quapropter manifestum. quoniam omni corpori s. B *secundum tumorem æquale erit vacuum. vniuersaliter autem poros facere superfluum. si.n. nihil facit secundum tactum neque per poros transiens faciet. Si autem in tangendo & poris non existentibus, hæc quidem patientur, hæc autem facient ad seinuicem hoc modo innatorum. Quod ergo ita dicere poros, vt quidam existimant, aut mendacium, aut inane est, manifestum ex his.*

Remouet quoddam dubium, siue quandam falsam responsionem quæ posset dari. Posset.n. aliquis dicere ꝙ pori & foramina sunt vacua: & hoc remouet dicens, quòd, si sint vacua, aut possunt in se recipere corpus implens ipsa, aut non. si possunt: ponatur ergo quod recipiant. Possibili enim posito in esse, quod ex eo accidit, non est impossibile. sequitur ergo id quod prius, s. ꝙ non semper contingat videre per transparens: quia impletis poris nihil videtur. Si autem pori tales sunt, quòd non possint recipere corpus implens, eo ꝙ sunt parui, C hoc ridiculum est dicere, s. ꝙ paruum foramen, quod porus dicitur, sit vacuum: magnum autẽ spacium non sit vacuum, sed plenum corpore subintrãte ipsum: quia qualitercunq; est vacuum illud siue magnum siue paruum, habet corpus sibi æquale implens ipsum. quod quidem patet per definitionem vacui. Vacuum enim nihil aliud est nisi regio siue spacium alicuius corporis susceptiuum. quapropter manifestum est ꝙ omni corpori in tumore suæ quantitatis est æquale vacuum, si vacuum esse ponatur. Vniuersaliter autem superfluum est dicere poros esse propter actionem. aut.n. agens agit secundum tactum aut non. si non agit per tactum: ergo non agit intrinsecus in poris tangẽs: ergo pori non sunt causa passionis. Si autem agit secundum tactum, etiam & non existentibus poris: dummodo actiuum tangat passiuum, quæ sunt innata agere & pati adinuicem, fiet D actio & passio. Vlterius autem epilogat ꝙ ita ponere poros, vt quidam existimant, aut est mendacium, aut inutile est ad actionem & passionem: & hoc est manifestum ex supradictis. Deinde cum dicit.

Possibili posito in esse nõ sequitur impoßē.

Vacuum.

VATAB.

Porro cum corpora omni ex parte diuisibilia sint, meatus facere ridiculum existit. nam quo diuisibilia sunt, hoc separari queunt.

ANT.

Diuisibilibus autem omnino corporibus existentibus, poros facere ridiculum est: secundum id enim quòd diuisibilia sunt, possunt separari.

Ostendit ꝙ pori non sunt necessarii ad corporis diuisionem dicens. Quod, cum omne corpus sit diuisibile, tam philosophicum quàm mathematicum, ridiculum est ponere poros causa diuisionis: quia corpora possunt separari secundum id quod diuisibilia sunt. in

talibus

talibus autem non est vacuum in poris; pori ergo non sunt causa diuisionis: quia aliter mathematica non essent diuisibilia.

LECTIO. XXIII.

Ex Duabus conditionibus propositis ac probatis, quo nam pacto fiant Generatio & Actio & Passio ex eius sententia deducitur.

VATAB. *Quoniam autem modo ea quæ sunt Generent agantque ac Patiantur, sumpto initio sæpe iam dicto, declaremus oportet.*

ANT. T.c.77. *Quo autem modo existat Generare in rebus, & Facere & Pati dicamus, accipientes principium dictum multotiens.*

Postquam Philosophus posuit opinionem aliorum de agere & pati, siue de modis agendi vel patiendi, & reprobationes earum, in parte ista ponit opinionem propriam & veram. Et circa hoc duo facit. primo dat F intentionem suam, secundo prosequitur intentum. ibi {Si enim est.} Dicit ergo primo, quòd, postquam positæ & reprobatę sunt opiniones aliorum de actione & passione, dicendum secundum rei veritatem quomodo existat vel fiat generatio: & quomodo existat agere & pati in his quæ agunt & patiuntur. Adhoc autem perfecte videndum accipiendum est pro principio actionis & passionis illud quod multotiens dictum est.

Deinde cum dicit.

VATAB. *Si enim aliud potentia aliud actu tale est, atque natum est non partim pati, partim non pati, sed vniuersim quatenus est tale, magis autem & minus quatenus magis & minus tale est: sic profecto melius quispiam meatus inesse dicet, sicuti in metallicis veræ quædam rei affectui obnoxiæ porrigi solent.*

ANT. *Si enim est hoc potestate hoc autem actu tale ac suapte natura aptum natum est non tum quidem pati, tum autem non pati, sed omnino secundum quòd est tale: magis autem & minus secundum quod tale magis & minus. Et has res vtique aliquis dicet magis inesse, vt in metallicis: extendunt enim se passiue venę continuę.*

T. c. 79. Conditio prima. Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit duas conditiones, quæ requiruntur ad actionem & passionem, Secundo probat primam conditionem. ibi {Existimare autem} Circa primum ponit primo primam conditionem, quæ est, ꝙ patiens, quod est in potentia, non patitur secundum quasdam partes, sed secundum omnes. Primo ergo premittit quoddam principium manifestum, & est. Quod entium, quoddam est in potentia, & illud est passiuum, quoddam est in actu, & illud est actiuum. &, cum ita sit, non est alia causa passionis, nisi quia receptiuum alicuius formæ recipit illam ab aliquo agente. impossibile est ergo ꝙ illud tale corpus, quod est in potentia, sit receptiuum alicuius formæ: tum quidem, i. secundum aliquas partes, tum autem non, i. secundum quasdam non, sed oportet ꝙ sit omnino passibile, i. in omni parte, inquantum est in potentia. Potest tamen secundum aliquas partes magis recipere passionem ab agentis virtute causatam, & secundum quasdam minus: quia forte passiuum magis est dispositum in vna parte, quàm in alia ad recipiendum formam, quam agens intendit inducere. Si autem aliquis dicat ꝙ magis passiua sunt magis porosa, sicut videmus in venis metallorum, ꝙ quæ sunt rariores magis sunt dispositæ ad recipiendum formam metalli: & sic videtur, ꝙ pori sunt causa passionis. Dico quòd hoc E non est verum, ꝙ foramina non sunt causa passionis, sed potius dispositionis materiæ, quæ à tali actiuo passibilis est, & non ab alio. Secundo cum dicit.

An pori sint causa passionis.

Continuum igitur quodque, & vnum existens, affectionis expers est. Similiter, & ea quæ tametsi agere & pati nata sunt, tamen neque sese tangunt, neque alia. Intelligi volo, vt ignis non modo cum tangit, sed etiam si procul sit, calefacit. Nam ignis aerem, aer corpus excalefacit, cui, vt agat, patiaturque, est insitum. VATAB.

Continuum igitur vnumquodque & vnum existens impassibile est. Similiter autem & non appropinquantia nec sibyipsis, neq; alijs, quæ facere nata sunt & pati. Dico autem. v.g. non solum tangens calefacit ignis, sed & si longe sit, (aerem quidem ignis, aer autem corpus calefacit) natus facere & pati. ANT. T.c.78.

Ponit secundam conditionem: & est, ꝙ agens & patiens debent esse diuisa & non continua: quia id, quod est continuum, non est passibile. Veritas autem huius propositionis ex hoc est, quia nihil patitur à seipso: quia non est magis ratio, quare vna pars eius agat & alia patiatur quàm alia, cum partes continui sint similis naturæ. Ista autem agẽtia & patientia, licet sint diuisa, oportet ꝙ sint in debita propinquitate. Omnia. n. agentia naturalia habent determinatam virtutem, quæ, si vltra suæ virtutis proportionem elongentur à patientibus, nullum effectum causare poterunt, sed, cum fiunt propinqua in se vel in alijs, tunc agens aget, & patiens patietur. Dico autem appropinquare sibi ipsis, quando primum agens, & vltimum patiens sunt immediata. appropinquare vero in alijs est, quando inter primum agens & vltimum patiens est aliquid quod agit & patitur. Agit autem in virtute primi. v.g. ignis non solum calefacit nos, quando tangit, sed etiam quando est lon- G ge: calefacit enim aerem, qui natus est calefieri ab igne, aer autem calefactus calefacit corpus nostrum. Deinde cum dicit.

Cõditio secunda.

Ratio cur agens & patiens sint loco & subo distincta.

At fieri non posse vt quicquam parte altera patiatur, altera non patiatur: qui idipsum initio desinire, dicant oportet. Si. n. magnitudo non omnino omniq; ex parte sit diuisibilis, sed corpus aut latitudo indiuisibilis sit, non erit profecto quicquam omni ex parte patibile, sed ne continuum quidem. Quodsi hoc falsum est, & omne corpus est diuisibile: diuisum ne sit, sed tangat, an diuisibile, nihil refert. Nam si per tactus segregari possit, perinde vt quidam affirmant: etiam si nondum sit diuisum, poterit tamen esse diuisum. nullum. n. emergit impossibile. VATAB.

Tum quidem Existimare autem pati, tum autem non determinantes quòd in principio hoc dicendum. Siquidem. n. non vbiq; diuisibilis sit magnitudo, sed est corpus indiuisibile, aut latitudo, non vtiq; esse vbique passibile, H sed neque continuum vllum. Si autem hoc mendacium, & omne corpus diuisibile, nihil differt dicere diuisum esse quidem, tangere: aut vtique diuisibile esse. Si. n. segregari potest secundum tactus, vt aiunt quidam: & si nondum est diuisum erit diuisum. possibile enim diuisum esse. fit enim nullum impossibile. ANT. T.c.79.

Oẽ corpus diuisibile spẽ primo cœli. t.c. 2.

Probat tertiam conditionem dicens, ꝙ existimare sicut quidam existimant, ꝙ res quæ patitur, tum, i. secundum aliquam partem patitur: & tum non, i. secundum aliquam non patitur, hic determinandum est, & dicendum, ꝙ hoc falsum est. Si. n. concederetur ꝙ corpus & magnitudo non vbiq; esset diuisibilis, sed diuiditur in indiuisibilia corpora, sicut dixit Demo. vel in indiuisibiles superficies, sicut dixit Plato, tunc verum esset

Probat tertiam conditionem.

esset quòd corpus non vbique, i. in omni parte sua esset passibile. Sic etiam esset verum, quòd nihil esset continuum, licet cótinuetur ad indiuisibile, non tamen componitur ex indiuisibilibus. Si autem est mendacium hoc quod dicunt, immo, quia mendacium est: quia omne corpus est diuisibile, nihil differt dicere, q diuidatur, vel q sit diuisibile, vel q tangatur, vel q sit tangibile. Licet enim in poros diuidatur secundum Demo. tamen etiam est diuisibile in partibus, quæ poris interponuntur: quia istæ non sunt indiuisibiles: quæ tamen partes ponebantur indiuisibiles ab eis: & similiter est tangibile in illis. & ita secundum totum est tangibile, & diuisibile, & passibile. Si. n. potest segregare secundum tactus. i. secundum superficies in quibus est tactus: vt dicunt quidam Platonici. Et, si nondum est diuisum, est tamen diuisibile. Posito ergo in esse possibili non accidit impossibile. Similiter etiam, si diuisibile sit in partes, posita diuisione in actu non sequitur impossibile. Secundum ergo totum, & quamlibet sui partem, est diuisibile & passibile. Deinde cum dicit.

VATAB. *Omnino autem generationem ad hunc fieri modum, nempe discissis corporibus, cancellos ægreditur rationis. Etenim sermo iste alterationem è medio tollit. At idem corpus, quàmquàm continuum, alias liquidum, alias concretum videmus, non diuisione aut compositione hoc passum, neque conuersione aut contactum, sicuti Democritus asserit. Nam neque transpositione, neque naturæ demutatione, ex liquido concretum euadere solet. Neque nunc dura concretaque indiuisibilia molle sunt: sed ex æquo quoduis, nunc liquidum, interdum vero durum, ac concretum existit.*

ANT. T. c. 80. *Vniuersaliter autem generari, hoc modo scissis corporibus, est inconueniens destruit enim hic sermo alterationem. Videmus. n. idem corpus continuum cum sit, quandoque quidem humidum, quandoq; autem coagulatum, non autem diuisione & compositione hoc patiens. neque conuersione, & contactu, sicut ait Demo. neque. n. transductum neque transpositum secundum materiam, neque transmissum coagulatum ex humido generatum est. Neque autem nunc insunt dura & coagulata indiuisibilia tumoribus. sed similiter omne nunc humidum, quandoque autem durum, & coagulatum est.*

Ostendit q prædicta opinio non est sufficiens ad actionem & passionem. & circa hoc duo facit. primo ostendit q non est sufficiens ad alterationem, immo destruit ipsam; secundo q nec sufficiens ad augamentum. ibi { Amplius autem. } Dicit ergo primo, q vniuersaliter quòd passio hoc modo fiat in rebus, quo quidam dicunt, q generatio fit scissis siue separatis corporibus per poros, est inconueniens. Destruit enim hic modus alterationem: in qua tamen soluatur passio & actio. Videmus enim q idem corpus continuum manens, quandoque quidem est humidum & liquidum, & quandoq; coagulatum, sicut glacies & aqua fluida: & tamen talis alteratio fit sine diuisione ipsius corporis continui, & sine aliqua alia compositione, & sine conuersione suarum partium: & absque tactu diuerso in ordine componentium partium, sicut dicit Democri. Cum. n. aliquod humidum coagulatur non transducitur extra naturam suam, ita q mutet substantiam: nec transponuntur partes mutando ordinem vel situm: neque transmittitur per liquefactionem: neque etiam nunc, quando scilicet humidum coagulatur, oportet q in aqua corpora indiuisibilia tumoribus, i. secundum quantitatem, subintrēt ad causandam coagulationem, sed ipsum humidum quod coagulatur, & è conuerso, semper similiter se habet quantum ad hoc, q neq; componuntur partes, neque adduntur vel diuiduntur, neq; mutant ordinem vel situm. Patet ergo q prædicta opinio destruit alterationem. Deinde cum dicit.

Testimonium sensus.

Glacies est aqua secundum substātiam sed alterata.

VATAB. *Præterea, fieri non potest vt accretio decretioue sit, non enim quoduis fiet maius: si accretio adiectio sit, & non totum mutetur vel admisto aliquo vel ipso per se mutato. Quod igitur generare ac agere, & generari ac pati inter sese mutuo sit, & quonam pacto id fieri queat, hoc quonam quidam fieri dicant, non tamen fieri possit, hoc modo sit definitum.*

ANT. T. c. 82. *Amplius autem neque augmentationem possibile est esse & diminutionem. non enim quodcunque erit factum maius, siquidem erit appositio, & non omne mutatum, aut misto aliquo, aut secundum se transmutante. Quid igitur est generare & facere, & generari & pati adinuicē: & quomodo contingit, et quomodo inquiunt quidam, non contingit autem, determinatum sit hoc modo.*

T. c. 12. Ostendit & q destruit augmentum. In augmentatione. n. oportet q augeatur quælibet pars eius, quod augetur, vt supra dictum est. Sed, si augumentum fiat per additionem atomorum, vt ipsi dicunt, non erit augumentatio, sed quędam appositio corporis ad corpus: non ex hoc q quælibet pars istius compositi augumentatur. Item, in augumentatione oportet q augumentās siue adueniens augumentato transmutetur in naturam eius, & q ipsum totum, quod augetur, transmutetur ab eo, quod sibi aduenit, de minori quantitate in maiorem quantitatem. Sed per additionem corporum atomorum ipsum totum non erit transmutans, i. non transmutabitur alio misto, idest aliquo corpore indiuisibili sibi addito, non transmutante ipsum de minori quantitate in maiorem. Et ipsum totum non erit secundum se transmutans, idest non transmutabit corpora indiuisibilia, quæ sibi adueniunt, & remanent incorrupta. Vnde signanter dixit alio misto: quia talia corpora non miscentur adinuicem, sicut grana frumenti in modio. Vltimò epilogat. & patet in litera.

LECTIO. XXIIII.

Mistionem destruentes rationes adducuntur: hinc mistionis a cæteris speciebus motus differentia posita, ea dissoluitur quæstio, an Mistio sit.

VATAB. *Restat vt de mistione contemplemur iuxta eundem doctrinæ modum. nam ex hisce, quæ initio proposuimus, hoc erat tertium. Considerandum autem est, quid mistio, quid mistile, quibus entibus, & quo pacto competat. & insuper, vtrum sit mistio, an id falsum sit?*

ANT. T. c. 82. *Reliquum autem videndum de Mistione secundum eundem modum methodi. Hoc. n. erat tertium propositorum à principio. Scrutandum autem est quid mistio, & quid miscibile, & quibus existit entium, & quomodo. Amplius autem, vtrum ne est mistio, an hoc mendacium.*

Sermo de mistione.

Postquam Philosophus determinauit de tactu & de facere & pati, quæ sunt necessaria ad generationem, hic determinat de mistione, quæ fuit tertium eorum, de quibus supra promiserat se dicturum. Est. n. etiam mistio necessaria ad generationem eorum, quę ex elementis generantur. quando enim fit generatio simplicis elementi, tunc nulla fit mistio. Circa hoc ergo duo facit, primo

primo manifestat intentionem suam, secundo prosequitur intentum, ibi { Impossibile est enim alterum. } Dicit ergo primo, q post prædicta, restat nos videre de mistione secundum eundē modum methodi. Et ideo, quia mistio, erat tertium eorum, quæ posuit tractanda. Quid autem intendat per hoc quod dixit, secundum eundem modum methodi, declaratum subdit: q perscrutandum est quid est mistio, & quid miscibile, & quibus existit entium, idest, quæ contingit misceri. & videndum quomodo fiat: & si sit mistio, vel vtrum sit mendacium mistionē fieri; quia hoc modo supra quæsiuit de alijs. Deinde cum dicit,

VATAB. *Nam fieri non potest, vt quid alterum alteri misceatur, sicuti quidam aiunt. Etenim cum ea quæ mista sunt, adhuc sint, nec alterationem subierint, non magis nunc quàm prius esse mista, sed similiter sese habere dicunt. Porro si alterum sit corruptum, non esse mista, sed alterum esse, alterum non esse: mistionem autem, eorum esse, quæ similiter sese habent. Eodem autem modo, & si postea quàm in vnum ambo venerint, vtrunque eorum quæ miscentur, corruptum sit: non enim ea esse mista, quæ omnino in ratione rerum non sunt.*

ANT. *Impossibile est enim alterum altero misceri, quemadmodum dicunt quidam. Existentibus enim adhuc mistis, & non alteratis, non magis nunc mista esse, quàm prius, inquiunt, sed consimiliter se habere. Altero autem corrupto non mista esse, sed hoc quidem esse, hoc autem non esse: mistionem autem similiter habentium esse. Eodem modo, & si ambobus cōuenientibus corruptum est vtrunque mistorum. non. n. esse mista nullatenus existentia.*

Prosequitur intentum, & circa hoc duo facit. primo pertractat vltimam quæstionem, s. an mistio sit: Secundo penultimam quæstionem, s. quomodo mistio fiat, ibi

T. c. 85. { Continuam autem his. } Alias autem quæstiones non prosequitur; quia ex cognitione istarum reliquæ innotescunt. Circa primum duo facit. primo ponit rationes ostendentes mistionem non esse, secundo soluit eas, ibi

T. c. 83. { Hic quidem videtur sermo. } Dicit ergo primo, q

An mistio. fuit quidam dicentes non esse possibile mistionem fieri: & ad hoc probandum vtebantur tali ratione. Quando miscibilia veniunt ad mistionem aut manent, sicut prius in forma & specie, aut non manent, sed corrumpuntur ambo, vel alterum; si ambo manent in forma & specie, sicut prius, & non alterantur, tunc non sunt magis mista quàm prius, sed consimiliter se habent, si autem alterum corrumpatur, nec etiam tunc erit mistio, sed corruptio vnius, & cōseruatio alterius non corrupti. si autem ambo inuicem corrumpuntur, tunc etiam non erit mistio: quia non possunt esse mista, quæ nullo modo sunt entia. Deinde cum dicit.

VATAB. *Hæc igitur ratio postulare videtur vt quo mistio à generatione & corruptione, & quo mistile à generabili & corruptibili differat, definiamus. Perspicuum n. est, mistionem, si quidem sit, ab illis differre oportere. Quo fit vt hisce cognitis, quæ addubitata fuerunt solui queant. An vero neq, materiam igni mistam esse, neque misceri dum comburitur aut ipsam suis partibus aut igni, sed ignem gigni, & materiam corrumpi dicimus.*

ANT. T. c. 83. *Hic quidem videtur sermo quærere quod differt actu mistio à generatione & corruptione: & quid miscibile à generabili & corruptibili. Manifestum enim quód oportet differre, si est mistio. Quapropter his existentibus manifestis, quæsita soluentur vtique. At vero neque ma-*

E *teriam igni misceri dicimus, neque misceri cum exardet? Neque ipsam suis particulis, neque igni: sed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi.*

Determinat propositam quæstionem. Et quia ratio negantium mistionem esse, quærit differentias mistionis & generationis, & miscibilis & generabilis, Ideo Philosophus primo ostendit differentiam eorum adinuicem, & mistionis ad alios motus, secūdo soluit secundum propriam opinionem. ibi { Quoniam autem sunt T. c. 84.
hæc quidem potentia. } Circa primum duo facit. primo ponit differētiam mistionis & generationis, secundo mistionis ad augmentum & alterationem. ibi { Secundum autem modum eundem. } Dicit ergo primo, quòd sermo eorum, qui negant mistionem fieri, videtur quærere differentiam mistionis & generationis. quærit etiam in quo differt miscibile à generabili & corruptibili. F Manifestum. n. est, q si est mistio, oportet eam differre ab alteratione, & augmento, & generatione, quæ sunt mutationes ad formam: & quando ista differentia erit manifesta tunc soluetur quæstio. Ponit ergo differentiam mistionis & generationis, cum dicit. At vero neque materia, dicens q materia non dicitur misceri generabili, sed potius effici actu per formam: nihil. n. aliud ad generationem requiritur secundum Aristo. in Quinto Metaph. nisi agens reducens materiam T. c. 25.
præexistentem in potentia ad actum. Vnde in Octauo Metaphy. dicit, q non est alia causa, quare partes definitionis sunt veræ vnum, nisi agens, quod reduxit ad actum, quod prius erat in potentia. materia enim, in qua generatur ignis, non dicitur misceri igni, nec etiam formæ ipsius, similiter non dicimus ignem misceri lignis, cum ardet ea, nec etiam dicimus, q materia ignis misceatur particulis ignis, neq; ipsi igni, sicut dicimus G q vnum miscibile miscetur particulis alterius miscibilis, & ipsi miscibili. Sed dicimus materiam ignis, sicut ligna vel aliud corrumpi, ignem autem generari. Ex quo manifeste potest concludi, q mistio non est generatio neq; corruptio. Deinde cum dicit. T. c. 25.

VATAB. *Eodem autem modo, neque corpori alimentum, neque figuram, quæ ceræ molem afformat, ceræ misceri dicimus. nec corpori albedinem, nec omnino affectus habitusque rebus ipsis misceri possibile est. quippe cum ipsi salui cernantur. At vero nec albedinem & scientiam, nec aliud quicquam inseparabile, misceri contingit. Quin immo nec id probe dicunt, qui omnia aliquando & simul esse & misceri inquiunt. non enim omnibus omnia misceri queunt: sed eorum, quæ miscentur, vtrunque separabile quid esse oportet. affectuum autem nullus separabilis existit.*

H ANT. *Secundum autem modum eundem neque corpori cibum, neque figuram ceræ mistam, neque figuram tumori, neque corpus & album, neque totaliter passiones & habitus posse esse mista rebus. saluata enim videntur. Sed tamen neq; album & disciplinam contingit misceri, neque aliud non separabilium aliquod. Sed de hoc dicunt quidam non bene, qui omnia quandoq; simul esse dicunt, & mista esse. Non enim omne omni miscibile, sed oportet existere separabile vtrunque mistorum. passionum autem nulla separabilis.*

Non omne omni est miscibile.

Ponit differentiam mistionis ad alios motus. & primo ad augmētum dicens, q sm eundem modum non dicimus cibum misceri corpori cibato: quia cibus transit in dominans corpus, quod manet secundū formam.

Differentia mistionis ab aliis motibus.

sed

ſed neutrum miſcibilium ita manet, ſicut corpus cibatum.ſ.indiuiſum & ſpecie nullo modo alteratum:& ſic patet, ꝙ miſtio differt ab augmento. Differt etiam ab alteratione, ſicut primo patet in artibus.non.n.dicimus figuram miſceri ceræ, nec figuram miſceri quantitati, ſiue tumori: quia vtrunque manet indiuiſum à ſpecie, nullo modo alteratum.Idem oſtendit in alterationibus naturalibus. non enim dicimus quòd albedo miſceatur corpori, quando corpus fit album: & vniuerſaliter nulla paſsio, & nullus habitus miſcetur alijs rebus, ſed ſunt in eis ſicut in ſubiecto.Et ratio huius eſt, quia ambo ſcilicet, tam accidens quàm ſubiectum videntur eſſe ſaluata & non alterata.ſimiliter nullum accidens miſcetur alij accidenti. Et vniuerſaliter nullum, quod non contingit ſeparari, & per ſe exiſtere, poteſt miſceri: quia omnia miſcibilia primo ſunt ſeparata: & poſt miſtionem ſeparari poſſunt. Et propter hoc non bene dixerunt aliquando omnia fuiſſe ſimul, ſicut dicitur in Primo Phyſico. Non enim omne cuilibet miſcetur, ſed oportet miſcibilia eſſe talia, quorum vtrunque poſsit ſeparari, paſsio autem nulla eſt ſeparabilis: & ideo nec miſcibilis. Deinde cum dicit.

Anax. & ſequaces. T.c. 32.33.

VATAB. *Cum autem eorum, quæ ſunt, alia actu ſint, alia potentia quæ miſta ſunt eſſe quodammodo & non eſſe contingit, actu quidem aliud exiſtente eo quod ex eis factum eſt, potentia vero quippiam vtriuſque eorum, quæ erant antequam miſcerentur, & non eſſe perdita id quod ratio prius addubitabat. Nam quæ miſcentur, & prius ex ſeparatis coiſſe, & poſſe rurſum ſeparari videmus. Igitur neque permanent actu, vti corpus & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo aut alterum: nam eorum virtus atque potentia, ſalua manet. iccirco hæc omittantur.*

ANT. Tex. 84. *Quoniam autem ſunt hæc quidem potentia, hæc autem actu entium, contingit miſta eſſe aliqualiter, & non eſſe, actu quidem ente aliquo generatio ex ipſis, potentia autem adhuc vtroque, quæ erant antequam miſcerentur, & non partita. Hic autem ſermo quæſiuit prius. Videntur enim quæ miſcentur prius, ex ſeparatis conuenientia, & poßibilia ſeparari rurſus. Neque manent igitur actu, vt corpus & album, neque corrumpuntur, neque alterum, neque ambo ſaluatur enim virtus eorum. ideo hæc quidem derelinquantur.*

Quõ miſcibilia ſunt in miſto poſt miſtionem. Soluit prædictam quæſtionem dicens, quòd entium quædam ſunt entia in potentia, & quædam in actu. vnde miſta, poſtquam miſta ſunt, contingit aliqualiter eſſe, & aliqualiter non eſſe in miſto. Sunt etiam ibi in potentia, ſaluata tamen virtute eorum, ſed non ſunt ibi actu. ipſum enim generatum eſt aliud ab ipſis miſcibilibus ſiue miſtis, & eſt in potentia ipſa miſcibilia, quæ ante miſtionem ſunt ſeparata. ita contingit poſt miſtionem ſeparari, licet in miſto non ſint abinuicem diuiſa. & hoc eſt quod ſermo habitus, ſiue ratio negantium miſtionem quæſiuit, ſcilicet quomodo elementa manerent in miſto. videmus enim quòd ea, quæ miſcentur, conueniunt ex prius ſeparatis: & poſtquam conueniunt rurſus ſeparabuntur: quia leuia aliquando aſcendent & grauia deſcendent. Cum enim elementa, quæ ſunt in miſto, ſint ibi præter naturã, quia ſunt extra propriam regionem, vt dicitur ſecundo de Cœlo: quòd autem eſt præter naturam non poteſt eſſe ſempiternum: neceſſe eſt ipſa ſeparari. non ergo manent elementa in miſto actu ſine aliqua alteratione, ſicut corpus album: nec ambo nec alterum corrumpuntur omnino, ſicut in ge-

Elñta ſunt in miſto ꝑter naturã.

A neratione & corruptione: ſaluatur enim virtus eorum. Ad euidentiam autem huius quæſtionis duo ſunt conſyderanda, ſuper quæ iſta quæſtio eſt fundata. Primum eſt qualiter elemẽta veniant ad miſtionem, Secundum eſt, quomodo elementa ſunt in miſto. Circa primum ſciendum eſt, ꝙ ſecundum dicta Philoſophorum. primum mouens elementa ad miſtionem eſt immiſcibile: & hoc eſt ipſum cœlum, ſiue aſtra lata in ipſo. quod eſt diuerſum à natura quattuor elemẽtorum, vt probatum eſt in Primo de Cœlo & Mundo. Nam ſicut oſtendit Philoſophus in Primo Metheororum, iſte mũdus quatuor elementorum eſt de neceſsitate continuus, i. contiguus ſuperioribus motibus, vt omnis ipſius virtus gubernetur inde: quia illud oportet putare primam cauſam, quod omnibus eſt principium motus: tale autem eſt ipſum cœlum: & ideo ibidem ſubdit, ꝙ cauſa eo-B rum, quæ accidunt circa ignẽm, terram, & alia elementa, eſt virtus eorum, quæ ſemper mouentur. Vnde in eodem dicit, quòd ſphæra ignis mouetur circulariter, & etiam ſphæra aeris, licet non tota, per raptum firmamenti. Habent etiam aliæ ſtellæ ſpecialem effectum in aliquibus elementis, ſicut ſphæra Solis, in qua eſt effectus caloris, & eſt nata mouere ignem: & ſphæra Lunæ eſt nata mouere aquam, ſicut ad ſenſum patet. aliæ autem ſphæræ. v. planetarum natæ ſunt mouere aerem: & ideo aer tot diuerſis motibus mouetur. Eſt enim in aere frigus congelatiuum ex ſphæra Saturni: & æſtus ex ſphæra Martis, & temperies in calido ex ſphæra Iouis. & temperies in frigido ex ſphæra Veneris. commiſcibilitas & paſsibilitas facilis ex ſphæra Mercurij. Sphæra autem ſtallarum fixarum, quę eſt octaua, in qua ſunt multæ imagines & figuræ, mouet terram: vnde & in ipſa figurantur imagines multæ in generatis. Licet er-C go elemẽta leuia non deſcendant ex ſe, nec grauia aſcendant ex ſe: tamen ex motoribus vniuerſalibus ordinantibus motum, aliquando deſcendunt leuia, & aſcendunt grauia. Huiuſmodi autem conueniens exemplum eſt in qualitatibus actiuis & paſsiuis corporis animati, non enim in animali ſemper mouetur calidum ſecundum naturam ignis, nec agit actum ignis omnino: ſed potius mouetur in id, ad quod dirigitur ab anima, & agit ad terminum & finem intentum ab ea: ſicut Philoſophus dicit contra Emp. in Secundo de Anima. Cum autem motus cœli, & opus naturæ ſit opus intelligentiæ, vt dicit Philoſophus, non ſemper ſequitur elementa proprium impetum ſui motus: ſed aliquando mouebuntur in id, ad quod per voluntatem intelligentiæ dirigentur, ſiue per virtutem ſtellarum, ſi de propinquo, ſiue inſtrumentali motore loquamur. Hoc autem ma-D nifeſtum eſt per exemplum de vapore terreſtri eleuato à terra: ſicut dicitur in Primo Meteororum, qui per virtutem Solis aſcendit ad calidam regionem aeris. Et de vapore humido & aquoſo ſimiliter aſcendente. vnde, cum in aere ſint quædam partes ignitæ & aereæ & aqueæ & terreæ mouentur à ſeinuicem aſcendendo & deſcendendo. Quod autem ignis ſit in aere, patet per Philoſophum in Primo Meteororum. Dicit enim ꝙ ambitus ignis per aerem frequenter ſpargitur motu, ideſt per virtutem cœleſtis motus, & fertur violentia deorſum: & ideo ſunt aliquæ partes ignis & in rore & in vaporibus pluuialibus deſcendentibus: quas vapores accipiunt in regione aeris calefacta: & ideo quia pluuiales ſunt vaporoſæ & calidæ. & hoc etiam eſt cauſa quòd niue deſcendente non eſt tanta inten-

Digreſsio pulcherrima.

Quõ elita veniant ad miſtionem naturaliter & non pẽr violẽtiam. T.c. 12.17. T.c. primi.

Prima cauſa cœlum.

Sphæræ cœleſtes hñt ſpeciales effectus in elementis. Sphæra Sol mouet ignem Lunæ, aquam, aliæ. 5. aerẽ. Sphæra ſtallarum fixarũ mouet terra.

T. c. 37.

Cap. 4.

Quõ ignis ſit in aere.

Niue deſcendente ceſſat intenſio algoris.

ſio frigoris: ſicut in alijs hyemalibus temporibus. ſic er- E go, cum pluuia & rore & aliis huiuſmodi deſcendunt partes ignitę ad locum miſtionis. Ex his patet ꝙ ad miſtionem non mouet violẽtia, ſed natura: & ideo miſtio non eſt violenta ſed naturalis. Circa ſecundum autem diuerſi diuerſimode opinantur. Sunt enim quidam dicẽtes, quòd qualitatibus actiuis & paſsiuis ad medium redactis aliqualiter per alterationem, formæ generales elementorum manent in miſto: quia, ſi non manerent, corruptio quædam erit in miſto. Rurſus etiam, quia aliter ſimplicia corpora, elementorum rationem, amitterent. Elementum. n. eſt ex quo componitur aliquid, & eſt in eo, vt dicitur. Quinto Metaphy. Sed iſta opinio eſt impoſsibilis. Impoſsibile enim materiam ſecundum idem, diuerſas formas elementorum ſuſcipere. Si igitur in corpore miſto formæ ſubſtantiales elementorum ſaluarentur, oportebit diuerſis partibus materiæ F eas ineſſe: materia autem diuerſas partes accipere eſt impoſsibile, niſi præintellecta quantitate in materia. ſublata enim quantitate, materia indiuiſibilis permanet: ſicut patet in Primo Phyſico. Ex materia autem ſub quantitate exiſtente, & forma ſubſtantiali adueniente, corpus phyſicum cõſtituitur. Diuerſæ igitur partes materię formis elementorum ſubſiſtentes plurium corporum rationem ſuſcipiunt. multa autem corpora impoſsibile eſt eſſe ſimul. Non igitur in qualibet parte corporis miſti erunt quatuor elementa: & ſimiliter non erit vera miſtio, ſed ad ſenſum, ſicut accidit in congregatione corporum inſenſibilium propter paruitatem. Præterea Quælibet forma ſubſtantialis propriam diſpoſitionem acquirit in materia, ſine qua eſſe non poteſt: vnde altera eſt via ad alterationem, altera ad corruptionem. impoſsibile autem eſt eandem eſſe diſpoſitionem, quam requirit forma ignis, & quam requirit G forma aeris, vel aquæ, ſed ſunt contrariæ: contraria autem eſſe non poſſunt in eodem ſubiecto. Impoſsibile eſt igitur, ꝙ in eadem parte miſti ſint formæ ſubſtantiales ignis, & aquæ. Si igitur miſtio fiat remanentibus formis ſimplicium corporum, ſequitur ꝙ non ſit miſtio, ſed ſolum ad ſenſum: quaſi iuxta ſe poſitis partibus inſenſibilibus propter paruitatem. Quidam vtriuſque rationes vitare volentes in maius inconueniens inciderunt. Vt enim miſtionem ab elementorum corruptione diſtinguerent, dixerunt formas ſubſtantiales elementorum aliqualiter remanere in miſto. Sed rurſus, ne cogerentur miſtionem ad ſenſum, & non ſecundum veritatem ponere, poſuerunt ꝙ formæ elementorum non manent in miſto ſecundum ſuum complementum, ſed in quoddam medium reducunt. Dicunt enim quòd formæ elementorum ſuſcipiunt magis & H minus, & habent contrarietatem adinuicem. Et quia hæc manifeſte repugnant communi opinioni & dictis Ariſtotelis dicentis in prædicamentis, ꝙ ſubſtantiæ nihil eſt contrarium: & ꝙ non recipit magis & minus: Vlterius procedunt, dicentes, ꝙ formæ elementorum ſunt imperfectiſsimæ, vtpote materiæ primæ propinquiores: vnde ſunt mediæ inter formas ſubſtantiales, & accidentales. Et ſic, inquantum accedunt ad naturam formarum accidentalium, magis & minus ſuſcipere poſſunt. Hæc autem poſitio multipliciter improbabilis eſt. primo, quia eſſe aliquid medium inter ſubſtantiam & accidens eſt omnino impoſsibile: eſſet enim aliquid medium inter affirmationem & negationem. proprium enim accidentis eſt in ſubiecto eſſe, ſubſtantiæ

Quo elnta ſint i miſto. Aui. quam ponit Aui. 3. cœ. c. 67.

Elnta ſint ꝗd.

T. c. 4. Impugnatio hu° opi.

Alia opinio Aui 3. cœli cõmen. 67.

Cap. de ſubſtantia.

Impugnatio hu° opi.

E vero in ſubiecto non eſſe: formæ autem ſubſtantiales ſunt quidem in materia, ſed non ſubiecto. nam ſubiectum eſt hoc aliquid, forma autem ſubſtantialis eſt, quæ facit hoc aliquid, non autem præſupponit ipſum. Item, ridiculum eſt dicere medium eſſe inter ea, quæ non ſunt vnius generis, vt probatur in Decimo Metaphy. medium enim & extrema ex eodem genere eſſe oportet. nihil ergo medium eſſe poteſt inter ſubſtãtiam & accidẽs. Vnde impoſsibile eſt formas elementorum ſuſcipere magis & minus. Omnis. n. forma recipiens magis & minus eſt diuiſibilis per accidens, inquantum, ſ. ſubiectum poteſt eam participare vel magis vel minus. Secundum autem id, quod eſt diuiſibile vel per accidens vel per ſe, contingit eſſe motum continuum, vt patet in Sexto Phyſico. ſi igitur formæ ſubſtantiales elementorum ſuſcipiunt magis & minus, tam generaF tio quàm corruptio erit motus continuus: quod eſt impoſsibile Nam motus continuus non eſt niſi in tribus generibus, ſcilicet in quantitate, qualitate, & vbi. Oportet igitur alium modum inuenire, quo & veritas miſtionis ſaluetur: & tamen elemẽta non totaliter corrumpantur, ſed aliqualiter in miſto remaneant. Conſyderandum eſt igitur quòd qualitates actiuæ & paſsiuæ elementorum contrariæ ſunt adinuicem, & magis & minus recipiunt. ex contrarijs autem qualitatibus, quæ ſuſcipiunt magis & minus conſtitui poteſt media qualitas, quæ ſapit vtriuſq; extremi naturam: ſicut palidum inter album & nigrum. Sic igitur remiſsis excellentiis elementarium qualitatum, conſtituitur ex eis quædam qualitas media, quę eſt propria qualitas corporis miſti, differens tamen in diuerſis ſecundum diuerſam miſtionis proportionem: & hæc quidem qualitas eſt propria diſpoſitio ad formam corporis miſti, ſicut qualitas ſimG plex ad formam corporis ſimplicis. Sicut igitur extrema inueniuntur in medio, quod participat naturam vtriuſque, ſic qualitates ſimplicium corporum inueniuntur in qualitate corporis miſti. Qualitas autem ſimplicis corporis eſt quid aliud à forma ſubſtantiali ipſius: agit tamen virtute formæ ſubſtantialis alioquin calor calefaceret tantum, non autem forma ſubſtantialis educeretur in actum, cum nihil agat ſupra ſuam ſpeciem. Sunt igitur virtutes formarum ſubſtantialium ſimplicium corporum in corporibus miſtis, non actu, ſed virtute. Et hoc eſt quod dicit Philoſophus. non manent igitur elementa, ſ. in miſto, actu, vt corpus album: nec corrumpuntur, nec alterum, nec ambo: ſaluatur enim virtus eorum.

T. c. 22.

Opi. ꝓpria.

Propter variam forte Auctoris ſẽtẽtiam, ſui quoq; ſectatores inter ſe contrarij ſunt.

LECTIO. XXV.

H Aliorum opinionibus de Miſtionis modo propoſitis ac reiectis, propriam ac veram ſententiam adducit.

Dubitationem autem hiſce continuam, ediſſeramus oportet, vtrum miſtio quippiam ad ſenſum ſit, verbi gratia, cum ea quæ miſcentur ita in parua diuiſa fuerint, & hoc pacto iuxta ſeſe poſita, vt nullum ſenſu dignoſcatur, tunc ne miſta ſunt an non. Sed fit vt eorum quæ miſta ſunt, particula quælibet iuxta quamlibet ſit? Illo igitur modo miſta eſſe dicuntur, vt ordeacea grana frumentaceis, cum quodlibet iuxta quodlibet poſitum eſt.

VATAB.

Continuam autem his quæſtionem dicendum, vtrum ne miſtio ad ſenſum ſit, vt quãdo ita in parua diuiduntur quæ miſcentur & ponuntur adinuicem hoc modo, vt non manifeſtum ſit ſenſui vnumquodque, tunc

ANT. T. c. 25.

que, tunc mista sunt. Aut non sunt: sed est vt quæcunq; secus quamcunq; sit particulam mistorum. dicitur enim sit illo modo. v.g. ordeum mistum frumento, quando quodcunq; secus quodcunque ponetur.

Postquam Philosophus determinauit mistionẽ esse, hic determinat quomodo fiat mistio. Et circa hoc duo facit. primo ponit opiniones aliorum de modo mistionis, secundo ponit opinionem propriam. ibi { Sunt itaque vt diximus. } Circa primum duo facit. primo ponit opiniones aliorum. secundo reprobat eas. ibi { Si autem est omne corpus. } Circa primum sciendum est, ꝙ de modo mistionis duplex fuit opinio. Vna fuit ꝙ tunc solum mistio fiat, quando miscibilia diuiduntur in tam minima secundum quantitatem, ꝙ sensus ea percipere non potest: & quando illa minima fuerint secus inuicem posita non alterata, tunc dicunt fieri mistionem: & hanc opinionem primo ponit Philosophus. Secundam opinionem ponit. ibi { Aut non sunt. } Quæ fuit talis. Quod, cum miscibilia sunt diuisa, num ita vt sistat diuisio in minima secundum sensum, sed sistat in minima secundum materiam, s. ꝙ non sit accipere minus, quod seruet materiam, & operationem miscibilis. Conueniunt. n. ambæ istæ opiniones, ꝙ dicunt mistionem esse secundum minima. sed differunt, quia prima ponit minima quo ad sensum, secunda minima secundum materiam. Dicit ergo Philosophus, ꝙ dicendum est & determinandum continuam quæstionem, s. si ita sit, vt dicit prima opinio, vel sicut dicit secunda, quæ dicit, s. ꝙ diuisio corpore in minima simpliciter, quælibet pars eius est secus quancunq; partem alterius. Dicitur. n. sic à quibusdam. v.g. sicut si diceremus ordeum mistum cum frumento: licet. n. illa discernantur, tum sunt minima sui generis. Et ad similitudinem istorum dicunt fieri mistionem elementorum, quando in minima simpliciter diuiso elemẽto, quælibet pars vnius est iuxta partem alterius. Deinde cum dicit.

VATAB. *At si omne corpus sit diuisibile, si corpus corpori mistum similare sit, partem quamlibet secus quamlibet esse oportebit. Atque cum fieri nequeat vt in partes minimas diuisio fiat, & compositio non idem sit, quod mistio, sed aliud, non oportere dicere quæ miscentur esse mista secundum partes exiguas, quæ suam adhuc retineant naturam, perspicuum est. compositio. n. esse, non temperatura, aut mistio, nec pars eandem cum toto haberet rationem. Dicimus autem, si quid misceri debeat, quod mistum est, similium esse partium. & quemadmodum aquæ pars aqua est, ita & temperati temperatum. Quod si mistio sit compositio secundum partes exiguas, nihil horum accidet, sed solum esse mista ad sensum.*

ANT. *Si autem est omne corpus diuisibile, si est corpus cor-*
T. c. 86. *pori miscibile homiomeros quamcunq; partem cuicunq; propinquam esse oportebit. Quoniam autem non est in minima diuisio. neque compositio idem quod mistio, sed aliud, manifestum quòd neq; secundum parua saluata oportet quæ miscentur dicere mista esse. Compositio. n. erit & non temperamentum, neq; mistio, neque habebit eandem rationem cum toto pars. Dicimus autem oportere si mistum est aliquid, mistum homiomerum esse. vt quemadmodum aquæ pars aqua, ita & temperati. Si autem secundum parua compositio esset mistio, & nihil contingeret horum. sed solum quidem mista ad sensum.*

Destruit prædictas opiniones: & primo per rationem communem ambabus, secundo per rationem pro-A priam. ibi { Et idem huic. } Dicit ergo primo, si omne corpus est diuisibile, si corpus corpori est miscibile: de ratione misturæ est ꝙ quælibet pars vnius miscibilis sit homiomera: & oportet ꝙ quælibet pars sit iuxta quamlibet partem alterius miscibilis. Quoniã autem mistio non est compositio diuisorum in minima latentia sensum, sicut dicebat prima opinio, nec etiam sicut dicebat secunda: manifestum est quòd non erit mistio secundum parua saluata in speciem & virtutem: quia tunc esset potius quædam compositio, & non mistio: nec haberet quælibet pars eandem rationem cum toto. Nos autem dicimus, quòd, si est aliquod mistum, Mistum homiomerũ ce oportet.
oportet ipsum esse homiomerum, i. eiusdem rationis in parte & in toto. & sicut quælibet pars aquę est aqua, ita quælibet pars misti est mistum. Si autem mistio esset compositio secundum parua, vt dicebat vtraque B opinio, licet differenter, nihil horum contingere, sed solum mistio ad sensum, & non secundum veritatem. Deinde cum dicit.

Atque idem huic quidem si acute non videat esse mistum, Lynceo vero non esse mistum videbitur. Neque diuisione, adeo vt quæuis particula iuxta quamuis posita sit, mistio fit. nam fieri non potest: vt corpora sic diuidantur. Aut igitur non est mistio: aut hoc rursum est dicendum, quo pacto, inquam, fieri possit.

Et idem huic quidem mistum, si non videt quis acute: lynceo autem non mistum videbitur. Neque diuisione vt quæcunque secus quancunq; pars. impossibile. n. ita diuidi. Aut igitur non erit mistio, aut dicendum est hoc quomodo contingit fieri rursus.

Ponit proprias rationes. Et primo contra primam opinionem, dicens ꝙ, si hoc modo fiat mistio, sicut pri-C ma opinio dicebat, illud quod esset vni mistum, puta ei qui videt acute, esset alteri non mistum, puta linceo videnti acute. Secundo arguit contra secundam opinionem. ibi { Neq; diuisione. } Dicens quòd mistio non est ex diuisione minimorum: quia in minima simpliciter impossibile est diuidere corpus, ita ꝙ in eis stet diuisio, si autem minima essent physica, tunc esset congregatio & non mistio. Aut igitur mistio non est, cum hi duo modi esse non possint: aut rursus dicendum est, quomodo contingit mistionẽ fieri. Deinde cum dicit.

Sunt itaque (vti diximus) eorum quæ sunt, quædam VATAB.
actiua, quædam quæ ab hisce pati solent. Quædam igitur conuertuntur, suntque inter se mutuo actiua & passiua, quorum videlicet eadem est materies. Quædam vero agunt & non patiuntur, nimirum quibus materies eadem non est. Horum igitur non est mistio. Quare nec me-D dendi scientia sanitatem, nec sanitas eandem, mista corporibus efficiunt. Eorum vero actiuorum & passiuorum, quæ facile diuisibilia sunt. multa quidem paucis & magna paruis composita mistionem non faciunt, sed accretionem eiusce quod euincit. Nam alterum in id quod euincit verti solet. vt gutta vini, dicies millenis aquæ mensuris non miscetur. etenim forma vini perit, atque vinum in totam aquam vertitur.

Sunt vtique, vt diximus, entium hæc quidem actiua, ANT.
hæc autem passiua ab his. Hæc quidem igitur conuertuntur, quorum eadem materia est & actiua adinuicem & T. c. 87.
passiua abinuicem: hæc autem faciunt, sed impaßibilia sunt, quorum non est eadem materia. Horum quidem igitur non est mistio. ideoque neque medicina facit sanita-

 tem,

T. c. 88. Multa paucis adiūcta, & e contra non faciūt mistionem sed augmētationem. Gutta vini i 0000 amphoris aq̄ nō miscei.

tem, neque sanitas est mista corporibus. Actiuorum autem & passiuorum quæcunque sunt facile diuisibilia, multa quidem paucis & magna paruis composita, non faciunt mistionem, sed augmentationem dominātis. transmutatur enim alterum in dominans. Ideo gutta vini in mille millibus amphoris aquæ non miscetur: soluitur. n. species & transmutatur in totam aquam.

Determinat de modo mistionis secundum ꝓpriam opinionem. & primo præmittit quandam diuisionem necessariam ad propositum ostendendum dicens, ꝙ sicut supradictum est, entium quædam sunt actiua, quędam passiua ab his, s. actiuis. sed istorum, quędam communicant in materia, & talia in agendo & patiendo adinuicem cōuertuntur: quædam vero sunt, quorum non eadem materia est: & talium licet vnum agat, & reliquum patiatur, non tamen in hoc conuertuntur adinuicem. Secundo ibi. { Horum quidem igitur non est mistio. } Prosequitur intentum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quę non sunt miscibilia, siue ex quibus non potest fieri mistio, secundo ostendit quando, & ex quibus fiat mistio. ibi { Quando autem potentijs adęquantur. }

T. c. 89. Tertio redit iterum super primum, vt melius manifestet quæ nullo modo sunt miscibilia. ibi

T. c. 89. fi. { Quando autem alterum. } Dicit ergo primo ꝙ eorum, quæ non communicant in materia, non potest esse mistio: & ideo licet medicina faciat sanitatem, non tamen patitur à sanitate; & ideo misceri ibi non potest. Neque sanitas vel aliquod accidens miscetur corporibus, & talia immiscibilia sunt ex sui natura. Quædam autem, licet sint miscibilia ex sui natura, tamen per accidens misceri non possunt. Et quæ sint ista declarat. ibi { Actiuorum & passiuorum. } Dicens ꝙ si multa de genere actiuorum & passiuorum componantur, & magna paruis, non faciunt mistionem, sed faciunt augmentum prædominantis: per cuius virtutem, alterum scilicet paucum, vel paruum transmutatur in alterum prædominans. Et ideo gutta vini in mille millibus amphoris aquæ, non miscetur cum ipsa aqua: quia forma siue species eius transmutatur, & corrumpitur in totam aquam. Deinde cum dicit.

VATAB.

Cum vero potentias habent quodammodo æqualeîs, tum vtrunque è sua quidem mutatur natura in id quod vincit ac superat, non tamen fit alterum, sed inter vtrumque medium atque commune. Patet igitur ea esse mistilia, quæcunque ex agentibus contrarietatem habent. hæc enim inter se passiua sunt.

ANT. T. c. 89.

Quando autem potentijs adæquantur æqualiter, tunc transmutatur vtrunque in dominans ex suipsius natura. non generatur enim alterum, sed medium commune. Manifestum igitur, quoniam hæc sunt miscibilia, quæcunque factiua contrarietatem habent: hæc sunt enim abinuicem passiua.

Ostendit ex quibus & quando fiat mistio: & circa hoc tria facit. primo ostendit quando, & ex quibus fiat mistio: secundo ostendit quæ faciliter miscentur. ibi { Et parua autem. } Tertio quæ difficulter. ibi { Multum autem. } Dicit ergo primo, quando potentiæ miscibilium adæquantur, tunc vnumquodque miscibilium * æqualiter dominatur: & vnumquodque ad alterum tanquàm ad dominans transmutatur, & vnumquodque ex suipsius natura secundum aliquid transmutatur. Nec tamen vno corrupto aliud generatur, sed fit medium inde commune, quod participat omnium

* Legitur in qbusdā co. & recti aliqualiter.

E virtutes miscibilium coniunctorum. Manifestum est ergo ꝙ hæc sunt miscibilia, quæcunq; sunt de numero facientium siue agentium, & habent contrarietatem: quia hæc sunt adinuicē passiua: & hoc est primo quod requiritur in miscibilibus.

Miscibilia sunt actiua & passiua adinuicem.

Dubium.

Contra hoc autem quod hic dicitur obijcitur à quibusdam, quia sic miscibilium potentiæ adæquantur. tanta est virtus resistendi quanta est virtus ad agendum: & ita nec agent nec patientur adinuicem. Item obiciunt Auic. & Algazel. dicentes, quòd si miscibilia adæquantur in misto, non magis inclinabitur illud mistum sursum, quàm deorsum, vel ad aliquam aliam loci differentiam: cum nullum sit in ipso prædominatis elementorum. & adhuc sequitur, ꝙ quilibet motus secundum triplum magis est violentus quàm naturalis: & similiter est de loco. Sequeretur etiam quòd omnis mistio esset vna. & ita ex similibus in F quantitate & qualitate essent caro, & ossa, & lapis, & cætera mista: quod est impossibile.

Quia tria elīta violēter mouerentur.

Solutio

Ad quod dicendum est, quòd, cum omnis mistio naturalis sit propter generationem, non sic sunt intelligenda verba Philosophi ꝙ in misto sit æqualitas virtutum & potentiarum, vt prima ratio procedebat: nec etiam oportet ꝙ ibi sit æqualitas quantitatis ipsorum miscibilium. sed est intelligendum ꝙ ibi sit æqualitas proportionis, quam requirit forma rei generandæ, propter quam est mistio. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Deinde cum dicit.

VATAB.

Parua autem dum paruis admouentur, propensius misceri solent. quippe cum ea facilius celeriusque sese transmeent.

ANT.

Et parua autem paruis posita secus miscentur magis: facilius enim inuicem & citius transeunt.

Quæ faciliter miscent

Ostendit quæ faciliter & bene miscentur. dicens, G quòd quando parua miscentur paruis, tunc facilius fit mistio: quia talia facilius & citius transeunt per se inuicem alterando. Deinde cum dicit.

VATAB.

At multum tardius hoc idem efficit patiturq; à multo. Iccirco ex hisce, quæ diuidi possunt patique solent, quæ facile terminos suscipiunt, ea mistilia sunt: quippe quæ facile in parua diuimantur. hæc enim est eius, quod facile terminatur, ratio Verbi gratia. quæ liquida sunt, inter corpora maxime mistilia sunt, cum liquidum maxime omnium diuisibilium facile terminari possit, modo non sit viscosum, atque tenax. Hæc enim molem reddunt ampliorem atque maiorem.

ANT.

Multum autem et à multo tardius hoc operatur. Ideo & bene determinabilia diuisibilia & passiuorum miscibilia. Diuiduntur enim hæc in parua facilius: hoc enim est bene determinabile esse. v g. humida miscibilia maxi-H me corporum. Bene determinabile. n. maxime humidum diuisibilium, si non viscosum sit: hæc etenim vtique ampliorem & maiorem solum tumorem faciunt.

Humida sunt bū miscibilia nisi sint viscosa aut lubrica.

Quæ difficulter miscentur.

Ostendit quæ tarde & de difficili commiscentur dicens, quòd, quando multum miscetur multo, tunc tardius & difficilius commiscentur. & hoc ideo: quia difficilius adinuicem alterantur, & tardius transeunt per seinuicem. Requiritur etiam ad facilem mistionem, ꝙ miscibilia sint bene terminabilia adinuicem passiua. & hoc ideo: quia bene terminabilia cum sint subtilia, & humida, facilius diuiduntur in parua, quæ facilius commiscentur quàm magna. hoc enim est bene terminabile, quod est bene diuisibile in parua. v.g. humida quæ sunt inter cætera corpora bene miscibilia. & hoc ideo: quia

T.c. 28. Vō humidum sit viscosum.

quia humidum inter alia corpora est magis diuisibile A in parua, nisi illud humidum sit viscosum: quia sicut dicitur in Quarto Meteororum, partes humidi viscosi coniacent, sicut glutinum, propter mistum eis subtiliter siccum: quod apprehendit vndique humidum: & non sinit elabi oleum. Quando vero aquæ admiscetur: quia lubrica simul iuncta, vel lubricum humido cōpositum: auget tumorem siue quantitatem, sed non miscetur ei, sic, ꝙ quęlibet pars eius alteret & alteretur ab eo ad mediam naturam misti. Deinde cum dicit.

VATAB.

Cum autem alterum duntaxat paßiuum fuerit, aut alterum vehementer & alterum admodum remisse: vel nihilo vel certe paulo maius euadet quod ex vtriusque mistura consurgit. quod, in stanno & ære accidit. Nonnulla enim entia, inter se minus discreta sunt, ambiguntque. videntur enim quodammodo & remisse misceri, & B *quasi alterum susceptiuum, alterum forma esse, quod quidem, & in hisce accidit. Nam stannum quasi affectio quædam sine materia, æris, pene euanescit, misturæ toti colore solum indito. quod idem, & in alijs quoque vsu venit.*

ANT.

Quando autem alterum solum paßiuum erit, aut vehementer, hoc autem valde parum, aut nihilo maius est id, quod ex ambobus mistum est, aut parum. quod contingit circa stannum, & æs. Quædam enim balbutiuntur adinuicem, & epafoterizant. Videntur enim aliquantulum ac remisse mista esse. & alterum quidem susceptiuum, alterum autem species: quod in his contingit. stannum enim vt paßio aliqua sine materia æris, pene euanescit mistum omne, colorans solum. Idem autem hoc contingit in alijs.

T.c. 90.

Ostendit iterum primum, vt melius declaret quæ sunt, quæ nullo modo misceri possunt, dicens, quòd, quando solum alterum est pasiuum, ita ꝙ non agat in alterum, talia nullo modo miscentur: & hoc est, quando miscibilia non communicant in materia. Quando vero communicant in materia, sed vnum vehementer agit, & alterum vehementer patitur, & non tātum agit quantum primum, neque talium potest esse mistio. vel si est aliqua, parum relinquetur de eo quod vehementer patitur: sicut patet in stanno & ære. si enim in ære liquefacto miscetur modicum de stanno, tunc stannum per vehementiam actionis æris euaporat: & nihil forte remanet, nisi calor quidam: & est simile balbutientibus, qui vna litera prolata, aliam distincte non proferunt. idem etiam contingit in multis aliis. Deinde cum dicit.

A *Patet igitur ex his quæ diximus, mistionem esse, & quid ea sit, & quam ob causam, & quænam entia mistilia sint. quandoquidem nonnulla sunt eiusmodi, quæ & pati inter se, & facile terminari diuidique poßunt. Hæc enim cum mista sunt non esse corrupta, nec vltra eadem simpliciter esse, nec eorum mistionem esse compositionem, nec ad sensum, necesse est. Sed mistile quidem est, quando cum facile definiri queat paßiuum est & actiuum, & aut quod est eiusmodi, mistile. nam mistile, ad cognomine dici solet. Mistio vero, est mistilium alteratorum vnio.* VATAB.

Manifestum igitur ex his quæ dicta sunt, quòd est mistio, & quid est mistio, & quare est, & quæ sunt miscibilia entium, quoniam sunt quædam quasi paßiua abinuicem, & bene determinabilia, & bene diuisibilia. Hæc enim, neque corrupta esse necessarium est quando mista, neque adhuc simpliciter eadem esse quæ prius. neque compositionem esse mistionem eorum, neque ad sensum. Sed est miscibile quidem quodcunque bene determinabile ens paßiuum fuerit & actiuum, & tali miscibile est. ad homiomerum enim miscibile. mistio autem est miscibilium alteratorum vnio. ANT.

Recapitulat quæ dicta sunt de mistione: per quod etiam quarta quæstio declaratur, quæ fuit primo proposita in principio huius capituli, dicens manifestum esse ex his quæ dicta sunt, & quòd est mistio, & quid est, & quare est: quia propter pasionem & actionem contrariorum. Et dictum est etiam quæ sunt miscibilia: quando ista pasiua adinuicem, & bene terminabilia: & talia sunt bene diuisibilia. Dictum est etiam, ꝙ C ad hoc ꝙ fit mistio, necessarium est ꝙ miscibilia non sint simpliciter corrupta, nec sint simpliciter eadem, vt prius. sunt enim corrupta quantum ad formas, & remanent quantum ad virtutem, vt supra ostensum est. Adhuc etiam ostensum est, quòd mistio non est compositio minimorum secundum naturam, sicut dicebat vna opinio: nec minimorum secundum sensum, vt dicebat alia. talia .n. minima non sunt miscibilia. Sed illud est miscibile, quod cum sit bene determinabile, est actiuum & pasiuum: & illud quod admiscetur cum tali miscibili, est miscibile ad homiomerum .i. facit cum alio mistum, quod est eiusdem rationis in toto & in partibus. Patet etiam ꝙ mistio est miscibilium alteratorum vnio. Quæ quidem alteratio solum est intelligenda in virtutibus siue qualitatibus eorum. Sed, si etiam alteratio sumatur improprie, mistio est miscibilium alteratorum, i. corruptorum secūdum formas vnio.

Recapitulatio.

T. c. 84. in digr.

Qō mistionis diffō intelligitur.

D

PRIMI LIBRI DE

Generatione Finis.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE LIBER SECVNDVS,

Cum S. Thom. expositione.

SVMMA LIBRI.

De Elementorum Principijs & numero inquirit & ipsorum Generatione, & de Mistorum item generatione meminit, & generationis, & corruptionis causas inuestigat.

LECTIO. I.

Præmittitur huius libri intentum. Antiquorum præterea ac propria de materiali generationis elementorum principio opiniones tractantur.

VATAB. *De mistione igitur & tactu & actione & passione, quo pacto hisce competant, quæ natura mutationem subeũt: & insuper de ortu & occasu simplici absolutoq; qualiter fiat cuius sit, & quam ob causam: tum etiam de alteratione quid sit alterari, & quam quodq; eorum habeat differentiam, dictum est. Restat, vt circa ea, quæ elementa corporum appellantur, contemplemur. Nam generatio & corruptio, substantijs omnibus, quæ natura constant, haud sine sensibilibus corporibus competunt.*

ANT. T. c. 1. *De mistione quidem igitur & tactu, & facere & pati dictum est quomodo existant his quę transmutantur secundum naturam. Amplius autem de generatione & corruptione simpliciter, & quomodo est, & propter quam causam. Similiter autem & de alteratione dictum est, quid est alterari, & quam habeat differentiam eorum vnumquodq;. Reliquum autem considerare circa vocata Elementa corporum. Generatio quidem & corruptio omnibus naturæ subsistentibus substantijs est non sine sensibilibus corporibus.*

POstquam Philosophus in Primo libro determinauit de generatione & corruptione in communi, & de motibus consequentibus, s. de alteratione & augumento, nunc in secundo libro determinat de generatione & corruptione in speciali, s. de generatione & corruptione elementorum. Et circa hoc duo facit, primo recapitulat ea quæ dicta sunt in primo libro, & continuat dicta dicendis dando intentionem. Secundo prosequitur intentum, ibi { Horum autem subiectam. } Dicit ergo primo, quod dictum est iam in primo libro de mistione & de tactu, & de facere & pati, quomodo existunt his quæ transmutantur secundum naturam. amplius etiam dictum est de generatione & corruptione quomodo existat, & propter quam causam, similiter etiam dictum est de alteratione quid est, & in quo differt a generatione & corruptione. Relinquitur autem in hoc Secundo libro consydetare de corporibus, quæ elementa vocantur, antequam consyderemus in libris de Generatione & Corruptione corporum specialium: sicut lapidum, & metallorum, & plantarum, & animalium. & hoc ideo, quia omnes substantiæ, quæ generantur & corrumpuntur, non sunt sine istis sensibilibus corporibus, scilicet quatuor elemẽtis. Dicuntur autem elementa antonomasice sensibilia: quia eorum differentiæ siue principia, quæ sunt quatuor qualitates, scilicet calidum, frigidum, humidum & siccum, sunt causæ omnium aliarum qualitatum tangibilium. Deinde cum dicit.

Quia mia sunt ex quatuor elntis. Elnta dicitur antonomasice sensibilia.

VATAB. *Quorum subiectam materiam quidam vnam esse aiunt, eam aerem, aut ignem, aut quippiam inter hæc medium, quod & corpus sit & separabile ponentes. Quidam, numero plures vna. alij enim ignem & terram, alij & hæc, & tertium aerem, alij & aquam inter hæc quartam, vti Empedocles. ex quibus concretionem secretionemue, aut alterationem subeuntibus, ortum atque occasum rebus ipsis contingere dicunt.*

ANT. T. c. 2. *Horum autem subiectam materiam, hi quidem esse inquiunt vnam, vtputa aerem ponentes, aut ignem, aut aliquod horum medium. quod & corpus est & separabile. Hi autem plures, numero, quam vnam: quidam enim ignem & terram, hi autem & hæc, & aerem tertium. hi autem & hoc & aquam quartum, vt Empedocles. ex quibus congregatis & segregatis, & alteratis, aiunt contingere generationem & corruptionem rebus.*

Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo inquirit de substantia & numero eorum, secundo de mutua ipsorum generatione & corrup. ibi { Quoniam autem determinatum est. } Circa primum duo facit. Primo determinat de materiali principio & formali elementorũ, secundo de numero eorũ. ibi { Quoniam autem quatuor elementa. } Circa primum duo facit. Primo determinant de principio materiali, secundo de formalibus. ibi { Sed non minus. } Circa primum duo facit. Primo determinat de materia elementorum secundum opinionem aliorum, secundo secundum opinionem propriam. ibi { Nos autem dicimus. } Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum, secundo reprobat eas. ibi { Quoniam quidem igitur principia. } Dicit ergo primo ꝙ quidam fuerunt, qui posuerunt, tantum vnam materiam elemẽtorum. Sed isti diuersificati sunt: quidam .n. dixerũt quòd illa materia erat aer, quidam vero ꝙ ignis. sed isti diuersificati sunt. quidam .n. posuerunt quoddam corpus medium, igne quidem densius, aere autem subtilius. Conueniunt omnes isti in hoc, ꝙ dixerunt ipsam materiam elementorum esse corpus separabile actu, & per se existens. Alij vero fuerunt, qui dixerunt materiam elementorum esse purificatam per numerum, & isti etiam diuersificati sunt: quia quidã dixerunt ipsam esse ignem, & terram, quidam vero addunt tertium, s. aerem, quidam addunt quartum, s. aquam, sicut Empe. Dicunt autem tam ponentes duo quàm ponentes plura duobus, ꝙ per congregationem & segregationem ipsorum fit generatio & corruptio in rebus. Deinde cum dicit.

T. c. 24. T. c. 16. T. c. 6. fin. T. c. 6.

Antiquorũ opiniones de elntorũ generatiõe de principio materiali.

Quod igitur prima ipsa principia elementaque probe dicantur, sit in confesso, ex quibus si aut congregatione segregationeue, aut alia mutatione transmutentur. generationem

nerationem fieri contingat atque corruptionem. Sed qui vnam vltra ea quæ sunt dicta, materiam faciunt, eamque corpoream atque separabilem, errant. Nam fieri non potest, vt corpus hoc, cum sensibile sit, sine contrarietate existat. Etenim infinitum hoc, quod nonnulli principium esse dicunt, aut leue aut graue, aut calidum, aut frigidum sit, necesse est.

ANT.

Quoniam igitur prima principia & elementa bene se habet dicere, quòd sit confessum ex quibus transmutatis aut secundum congregationem, aut segregationem, vel secundum aliam transmutationem contingit generationem esse, & corruptionem. Sed facientes quidem vnam materiam extra prædicta, hanc autem corpoream, & separabilem peccant. Impossibile enim sine contrarietate esse corpus hoc sensibile. aut enim leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum, necesse infinitum hoc, quod quidam dicunt esse principium.

Impo^le est corp^o sensibile eē sine contrarietate.

Reprobat prædictas opiniones. & hoc primo, secundo quasi incidenter reprobat opinionem Platonis ibi. {Vt autem in Timæo scriptum est.} Aduertendum autem est circa primum ꝙ non reprobat opinionem ponentium plura elementa: sed ad præsens concedit eam tanquam propinquam aliqualiter veritati. vnde dicit, ꝙ sit concessum illis, qui ponunt plura elementa esse principia, per quorum transmutationem fit generatio & corruptio. siue ista transmutatio sit congregatio & disgregatio, siue quęcunq; alia transmutatio, isti quodammodo bene dicunt. Reprobat autem primam opinionem: vnde dicit, facientes vnam materiam, & hanc corpoream, & separabilem ab omni contrarietate, & ab omni forma elementali, sicut ꝙ est medium inter ignem & aerem, peccant: quia impossibile est ꝙ corpus sensibile sit sine contrarietate. Oportet enim ꝙ illud corpus infinitum, quod ipsi dicũt esse principium, sit aut graue, aut leue. & siquidem erit leue, mouebitur ad locum ignis: si autem graue, mouebitur ad locum terræ: cuius autem motus est & locus, illius est & forma, quam motus & locus sequuntur: ergo est terra vel ignis: & sic per consequens est calidum aut frigidum: & sic non erit separabile à contrarietate, & à forma elementali, vt ipsi ponebant. Deinde cum dicit.

Nota intentionē Philosophi. Primũ principiũ atque essentum, sæpius apud Aris. cõfundi, alterũq; pro altero sumi, notissimum est. Reprobat opi. ponentiũ vna materiam in actu elemētorum.

VATAB.

Quod autem in Timæo est scriptum, nihil habet certi definitique. Nam nec ille plane dixit an id quod omnia suscipit ab ipsis separetur elementis, nec vllo vti solet, cum tamen prius dixerit illud vocatis elementis, vt aurum aureis operibus, esse subiectum. quamquam id non recte dicitur, si hoc dicatur modo. Sed quorum est alteratio, ea ita sese habent: quorum vero generatio atque corruptio, ea ex nomine eorum ex quibus fiunt, appellari impossibile est. At qui longe verissimum esse inquit, dicere quodque aurum esse. Verum cum solida ipsa elementa sint, ad plana vsque resolutionem facit. Ad primam materiam esse plana ipsa, de numero eorum est quæ fieri nequeunt.

ANT. T. c. 4.

Vt autem in Timæo scriptum est, nullam habet determinationem. Non. n. dixit manifeste pandeches si separatur ab elementis. Neque vtitur vllo, cum dixit, esse subiectum aliquod vocatis elementis prius, vt aurum operibus aureis certe. quamquàm & hoc non bene dicitur hoc modo dictum. Sed quorum quidem est alteratio ita est. Quorum autem est generatio & corruptio impossibile illud enunciari, ex quo generatum est. Sed tamen inquit longe verius est esse aurum dicere vnumquodque esse. Sed elementis entibus solidis vsque ad planiciem facit dissolutionem. impossibile autem matrem & materiam primam planam esse.

T. c. 5. Materia prima est sicut mater.

A

Reprobat opinionem Platonis de principio elementorum, dicẽs, Quod illud, quod dixit Plato in Timæo, nullam habet determinationem: quia nihil dixit determinate & manifeste. Non. n. dixit manifeste & determinate, si illud principium, quod vocauit pandexes, i. receptaculum omnium, separatur ab elementis: ita ꝙ sit aliquando actu existẽs sub forma elementi, vel non. Neque etiam dixit, ꝙ esset aliquod materiale principium ipsorum elementorum. sed dicit ꝙ subiectum elementorum se habet ad elementa, sicut aurum se habet ad opera operata ex auro. Sed certe hoc non bene dicitur: quia impossibile est ꝙ id, quod est subiectum gñationis, sicut materia, dicatur de ipso generato: sicut non dicimus ꝙ caro sit terra, sed terrea. Similiter illud

B

quod alteratur non recipit prædicationem passionis in recto, non enim. potest dici ꝙ homo sit albedo, sed albus. Plato tamen dicit ꝙ veris est dicere vnumquodque opus factum ex auro esse aurum, quàm ipsum esse tale. Sicut verius est dicere phialam factam ex auro esse aurum, quàm phialam: ita etiam verius erit dicere ignem vel aquam vel aliud generatum esse ipsum subiectum, quàm esse ignem vel aquam. Potest ergo breuiter sic ratio formari. Impossibile est ꝙ subiectum generationis predicetur in recto de generato: sed subiectum, quod ponit Plato, prædicatur in recto de elementis: ergo impossibile est quòd sit subiectum generationis & corruptionis ipsorum. Adhuc etiam peccat Plato. quia, cum elementa sint corpora solida, dicit tamen quòd materia eorum dissoluitur vsque ad superficiem, vt patet in Tertio de Cœlo & Mundo. impossibile enim est quòd materia prima, quæ est sicut mater, sit

C

superficies. Deinde cum dicit.

Prim^o Platonis lapa.

Scd^s Plato. lapsus.

Rō Aris. cōtra Plato.

Terti^o Pla. lapsus. T. c. 5.

VATAB.

Nos autem sensibilium corporum quandam esse materiam dicimus, sed eam separari non posse, sed semper esse cum contrarietate, ex qua elementa vocata fiunt. de quibus alibi exactius est definitum, atque pertractatum. Verum enim vero, cum ad hunc modum ex materia corpora prima constent, de hisce quoque determinemus oportet, supponentes materiam inseparabilem quidem, sed contrarijs subiectam, principium atque primum esse. non enim calor frigori, nec frigus calori, sed quod subijcitur vtrique, materia existit. Quare primo, quod potentia sensibile corpus existit, principium est. Deinde, contrarietates ipsæ, ceu calor, & frigus. Postremo, ignis & aqua & quæ sunt eiusmodi. hæc enim in sese transmutari solent. nec res perinde habet, vt Empedocles & cæteri asserunt. non enim esset alteratio. At contrarietates ipsæ

D

transmutari in se non solent.

ANT. T. c. 6.

Nos autem dicimus esse aliquam materiam vnam corporum sensibilium: sed hanc non separabilem, sed semper cum contrarietate, ex qua generantur vocata elementa. determinatum est autem de his certius, & in alijs. Sed tamen quoniam & hoc modo sunt ex materia prima corpora, determinandum & de his Porro. Principium quidem & primum esse materiam, inseparabilem, atque subiectam contrarijs antea supponamus. neque enim calidum materia est frigido, neque hoc calido, sed subiectum amborum. Quapropter primum quidem potentia corpus id, quod sensibile, principium est: secundum autem contrarietates. dico autem. v. g. caliditas, & frigiditas: tertio autem neque ignis & aqua & talia. Hæc quidem

Primũ principium materiale.

Secundum

Tertium.

dem transmutantur adinuicem, & non vt Empedo. & alij dicunt: neque enim esset alteratio. contrarietates autem non transmutantur.

Determinat de materia, quæ non est separabilis simul ab omni forma elementi, nec ab omni contrarietate elementorum secundum propriam opinionem, dicens, ꝙ est aliqua vna materia sensibilium corporum, s. elementorum, quæ non est separabilis simul ab omni forma elementi, nec ab omni contrarietate: sed semper est sub aliqua forma & aliquibus qualitatibus cõsequentibus ipsam formã: & ex ista materia generãtur sensibilia corpora, quæ vocantur elementa. Excusando autem se à maiori declaratione, dicit ꝙ determinatum est in
T. c. 13. alijs certius, s. in Tertio Cœli & Mundi. Sed, quia ibi non est plene determinatus modus, ſm quem ex materia generantur corpora prima, determinandum est hic quomodo generentur. Ad horum.n. manifestationem dicit sumendum esse pro principio hoc quod dictum est, s. ꝙ est materia vna subiecta contrarijs, inseparabilis ab eis: quia semper est cum altero contrariorum. & hoc probat per hoc, ꝙ caliditas non potest esse materia frigiditatis, nec è conuerso: sed oportet aliquod esse ter-
T. c. 10. & 12 tium, vt dicitur in. 12. Meta. & in. 1. Physi. ꝙ est subie-
T. c. 71. ctum amborum contrariorum, & de vno transmutatur in aliud, & ideo Primum principium est id, quod est potentia corpus sensibile, & illud est materia iam dicta: Secundũ vero principium sunt contrarietates qualitatum distinguentes & determinantes potentiam materię. v. g. caliditas, & frigiditas & huiusmodi. Tertium iam erit elementum constitutum ex his, puta ignis, vel aqua, vel huiusmodi, & alia elementa, quæ transmutantur adinuicem, dum eorum cõmunis materia mutatur de vna forma in aliam, vt de igne in formam aeris & similiter de alijs. Vnde non est verum ꝙ Empe. dixit, & quidam alij, s. ꝙ elementa non transmutantur. si.n. immutabilia sunt, vt ꝙ solum fuit ignis semper sit ignis, tunc nunꝗ esset generatio, nec alteratio: quod est manifeste falsum. quia secundum contrarietatem transmutantur. sicut videmus ad sensum, ꝙ eadem materia, quę nunc est sub frigiditate aquæ, aliquando est sub caliditate aeris: & quod erat sub caliditate aeris, aliquando est sub caliditate ignis. Cum ergo huiusmodi qualitates consequantur formas substantiales elementorum, sicut effectus causam sequitur, dicendum ꝙ, si fiat transmutatio ipsarum qualitatum, ꝙ etiam fit transmutatio in formis substantialibus.

LECTIO. II.

Quænam qualitatum tangibilium elementorum formalia principia sint, ac illorum primæ differentiæ.

VATAB. *Verum nihilo minus & vt corporis sunt, qualia & quot principia sint, dicamus oportet. Nam cæteri suppositis vtuntur, nec cur talia sint aut tot numero dicunt.*

ANT. *SEd non minus erit corporis qualia & quot dicendum principia. Alij quidem enim supponentes vtuntur & non dicunt, quare talia aut tot sint.*

De principio formali. Postquam Philosophus determinauit de principio materiali elementorum, hic determinat de principio formali. Et primo dat intentionem suam, secundo prosequitur intentum. ibi { Quoniam igitur quærimus. } Dicit ergo primo, ꝙ nõ minus debemus dicere de principio formali elementorum quàm de materiali. Et intelligo per formale principium ipsas sensibiles qualitates, potentiam materiæ, vel materiam distinguentes: secundum quas illa corpora qualia sunt. Inquirit.n. hic Philosophus principium corporum sensibilium, inquantum sensibilia sunt, vt ipse dicit in litera. Si autem dicatur ꝙ velit inquirere principia formalia substantialia, tunc dicendum est, ꝙ, quia formæ substantiales sunt nobis ignotæ, quia insensibiles: ideo per istas qualitates, quæ sunt immediata principia transmutationis substantialis, dat intelligere ipsa formalia principia substantialia. & ideo dicit, quòd etiam oportet dicere quales, & quot sunt istæ qualitates. Ideo autem de istis determinare oportet: quia alij philosophi non reddunt causam, quare sunt, sed solum ex suppositione vtuntur eis.

Deinde cum dicit.

VATAB. *Cum igitur corporis sensibilis hoc est tangibilis, principia disquiramus: sensibile autem sit quod tactu sensum facit: constat non omnes corporis contrarietates, species & principia facere, sed eas solum, quæ sub tactum cadunt. nam contrarietate, eaq; tangibili differunt. Quocirca nec albor, nec nigror, nec dulcedo nec amaritudo, nec item cęterarũ quicquam contrarietatum, elementũ facit.*

ANT. T. c. 7. *Quoniam igitur quærimus corporis sensibilis principia, hoc autem est tangibile, tangibile autem cuius est sensus tactus, manifestum, quoniam non omnes contrarietates corporis species & principia faciunt, sed solum quæ secundum tactum. nam secundum contrarietatem differunt, & secundum tangibilem contrarietatem: ideo neque albedo & nigredo, neque dulcedo & amaritudo, similiter autem neque aliarum contrarietatum aliqua facit elementum.*

Prosequitur intentum. & circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ non omnes contrarietates sunt formæ elementorum perfectiuæ, sed solum tangibiles. secundo ꝙ non omnes tangibiles, sed solum primæ: & ostendit quæ sunt primæ. ibi { Ipsorum autem tangibilium. } Dicit ergo primo, ꝙ, quia nos quærimus principia corporis sensibilis, & non omnis sensibilis, sed solum tangibilis: tangibile autem solum est sensus tactus manifestum est ꝙ non omnes contrarietates faciunt species, siue corporis sensibilis, sed solum illæ, quæ sunt sensibiles secundum tactum: & ideo nec albedo, nec nigredo, nec dulcedo, & amaritudo, nec aliqua alia sensibilis qualitas, quę non est tangibilis, facit elementa. Et huius causa est: quia non sunt primæ, nec actiuæ, nec passiuæ adinuicem, cuiusmodi oportet esse principia primorum corporum, s. elementorum: & ideo non transmutant ea, quę tangunt: & propterea non valent ad generationẽ & corruptionẽ elementorum. Deinde cũ dicit.

VATAB. *Atqui visus tactu prior est. quare & quod ei obijcitur, prius erit. Verum non est corporis tangibilis affectio, quatenus tangibile existit, sed per aliud, quamquam natura prius est.*

ANT. *Quamuis prior visus tactu quapropter & subiectum prius. Sed non corporis est tangibilis passio secũdum quòd tangibile, sed secundum aliud, & si sit natura prius.*

Remouet quoddã dubium. Cum.n. quærat hic Philosophus formas perfectiuas corporum elementorum, & , cum visus sit prior tactu (& ideo obiectum visus sit prius obiecto tactus) potius videtur ꝙ formæ perfectiuæ elementorum sint quęrendæ penes differentias visus quàm tactus. Sed hoc remouet dicẽs, ꝙ quamuis visus sit vno modo prior tactu, quia forma etiam dignitate prior est omnibus sensibus: & ideo obiectum visus prius est obiecto tactus: tamẽ qualitas, quæ est obie-

ctum

Scdm' quid obm visus est prius obiecto tact' & e contra.

ctum visus, non est corpus tangibile secundum q tangibile: etiam si visum contingat esse secundum naturam primum: prior.n. forma est & dignitate & fine omnibus sensibus. Et si est, vt dictum est, & obiectum visus prius est obiectis aliorum sensuum, non tamen omne visibile, sed solum lumen siue lux: quia per ipsam mouet cœlum materiam generabilium & corruptibilium ad omnem formam. tactus autem subiecto prior est: quia substernitur omnibus sensibus, vt patet. 2. de

T. c. 17.

Anima. & suæ contrarietates sunt causæ omnium contrarietatum. & hoc patet, quia non sentimus secundum tactum, nisi id quod excellit s̃m qualitates complexionatas medio tactus, quod est caro: & illæ sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum, quarum nulla est in cœlo: & ideo cœlum s̃m naturam non est sensibile tactu, sed solum elementa, in quibus sunt quatuor qualitates, ex quibus fit complexio & tactus. Deinde cum dicit.

Cœlum nõ est sensibile tactu.

B

ANT.

Porro ipsorum tangibilium qualesnam sint primæ differentię & contrarietates, distinguamus oportet. Sunt autem tangibiles contrarietates hæ, calidum, frigidum, siccum, humidum, graue, leue, durum, molle, viscosum, aridum, scabrum glabrum, craßum, tenue.

ANT. Tex. c. 8.

Primum autem diuidendæ sunt ipsorum tangibilium differentiæ & contrarietates. Sunt autem contrarietates secundum tactum hæ, calidum & frigidum, humidum & siccum, graue, leue, durum, molle, lubricum, aridum, asperum, lene, großum & subtile.

Septẽ contrarietates s̃m tactum.

Ostendit q non omnes qualitates tãgibiles sunt formæ perfectiuæ elementorum, sed solum primæ, actiuę & passiuæ sunt adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo diuidit qualitates tangibiles, Secundo ostendit q solum hæ quatuor, s. calidum, frigidum, humidum, & siccum sunt actiuæ & passiuæ. ibi { Horum autem. } Tertio ostendit q ipsæ sunt primæ: quia ad ea omnes aliæ reducuntur. ibi { Subtile autem & grossum. } Dicit ergo primo, q diuidendæ sunt tangibiles qualitates, siuè contrarietates, vt videamus quę earum sint primę. Sunt autem contrarietates secundum tactum hæc, calidum, frigidum, humidum, & siccum, graue leue, durum & molle, lubricum aridum, asperum lene, grossum & subtile. Rarum autem & densum, vt in Quarto Physi. dicitur, non sunt qualitates Physicæ, sed positio partium materiæ secundum propinquum, in denso: & secundum remotum, in raro. Deinde cum dicit.

VATAB. Tex. c. 20.

C

Raræ & densum nõ sũt Phy. quali. Tex. c. 84.

Contrarietates secundum tactum septem.

Calidum } Frigidum }	Asperum } Lene }
Graue } Leue }	Grossum } Subtile }
Durum } Molle }	Humidum } Siccum }
Lubricum } Aridum }	

VATAB.

Ex quibus graue & leuè neque actiua sunt, neq; passiua. non enim quòd alterum quippiam agat patiaturùe ab altero, dicuntur. At elementa ipsa inter se mutuo actiua sint & passiua, oportet: nam miscentur, & in sese vicissim mutantur.

A

ANT.

Horum autem graue quidem & leue neque actiua, neque passiua. non enim in faciendo aliquid aliud, neque in patiendo ab alio, dicuntur. Oportet autem actiua inuicem & passiua esse elementa: miscentur enim & transmutantur inuicem.

Ostendit q hæ solum quatuor qualitates sunt actiuæ & passiuę adinuicem, & per consequens q sunt formę elementorum. Sed, quia graue & leue sunt propriæ qualitates elementorum, de quibus posset videri q essent ipsorum formalia principia, ideo primo dicitur, q nõ sunt actiua nec passiua. & hoc declarat per modum significandi modum ipsorum: quia non significãt actionem vel passionem, cum non sint nomina verbalia: cum autem elementa misceantur & transmutentur adinuicem, oportet q sint actiua vel passiua: talia autem esse non possunt, nisi per formalia sua principia. Ex his igitur manifeste sequitur, q nec graue nec leue sunt formalia principia elementorum. Deinde cum dicit.

VATAB.

Calidum autem frigidumq; & humidum ac siccum, illa quidem quòd actiua sint, hæc vero quòd paßiua, dicuntur. Calidum.n. est, quod ea congregat quæ eiusdem sunt generis. Nam segregare (id quod ignem facere aiunt) est cognata & quæ eiusdem sunt generis congregare. accidit enim, vt aliena eximat. Frigidum vero, quod ex æquo cogit ac congregat tam quæ eiusdem sunt generis, quam quæ diuersi. Humidum autem, quod cùm facile terminos suscipiat, proprio non definitur: Siccum vero, quod proprio termino belli definitur, alieno ægre.

ANT.

Calidum enim & frigidum, humidum & siccum, hæc quidem quia actiua sunt, hęc autem quia paßiua, dicuntur. Calidum enim est, quia congregat homogenea. Segregare.n. quod inquiunt facere ignem, eſt homogenea congregare: contingit.n. eximere aliena. Frigidum autem, quod coniungit & congregat similiter & homogenea, & æterogenea. humidum.n. indeterminatũ proprio termino, bene terminabile est alieno. Siccum aũt bene terminabile proprio termino, difficulter autem terminabile alieno.

Calidũ qd. Frigidum. Humidum Tex. c. 9. Siccum.

Ostendit q hæ quatuor qualitates, s. calidum, & frigidum, humidum, & siccum, sunt actiuæ & passiuæ. Et primo ostendit hoc de calido & frigido, dicens, q calidum & frigidum sunt actiua, humidum & siccum sunt passiua. Sic dicuntur, i. sic consignificant eorum nomina: & hoc pręcipue secundum græcos, qui forte habent nomina verbalia actiones & passiones consignificantia. Deinde declarat hoc idem per definitiones ipsorum. calidum enim est, quod congregat homogenea sibi: quia subtile, quod calido est conueniens, attrahit. licet.n. calidum segreget, sicut dicunt quidam ignem facere, tamen illud segregare est congregare: quia congregando homogenea segregat ætherogenea per accidens. Quod autem frigidum sit actiuum, patet etiam per hoc: quia congregat omnia, tam quæ sunt eiusdem naturæ, quàm illa, quę sunt diuersæ, Aliquando.n. aqua, terra, palea, & huiusmodi per coagulationem factam à frigido congregatur. Secundo ibi. { Humidum.n. } Ostendit q humidum & siccum sunt passiua per definitiones eorum: definiuntur enim per passiones eorum. Humidum enim est indeterminatum proprio termino, bene terminabile termino alieno. siccum autem terminatur termino proprio, difficulter autem terminabile termino alieno. Deinde cum dicit.

Calm & frigidum actiua. Humidũ & siccum passiua. Quo calm congregat homogenea. Quod frigidum sit actiuum.

D

Tenue autem & crassum, viscosum & aridum, durum & molle, & cæteræ differentiæ, ex hisce sunt. nam, cùm quod repletiuum existit, ad humidum ex eo pertineat,

neat, quia non sit definitum, sed prompte terminari possit, & sequatur id quod ipsum tangit: tenue autem sit repletiuum (nam paruarum est partium. & quod est eiusmodi, repletiuum est. totum enim totum tangit: tenue autem maxime est tale) tenue sub humido, & crassum sub sicco fore constant.

ANT. Tex. c. 10. *Subtile autem & grossum, lubricum & aridum, & durum, & molle, & aliæ differentiæ ex his sunt. Quoniam.n.repletiuum est humidum, quia non est terminatum quidem, bene autem terminabile est ens, & sequitur tangentem. Subtile autem repletiuum (subtilium.n partium & paruarum partium repletiuum) totum.n totum tangit: subtile autem maxime tale: manifestum autem quoniam subtile quidē erit humidi, grossum autem sicci.*

Ostendit quod prędictæ quatuor qualitates sunt primæ: quia ad eas omnes aliæ, reducuntur. & hoc primo facit, secundo ostendit quod illæ non reducuntur ad alias.

Tex. c. 15. ibi { Hæ autem non amplius. } Circa primum duo facit. Primo ostendit quod istæ sunt primæ, secundo distinguit siccum & humidum: quia non omne humidum,

Tex. c. 14. nec etiam siccum est prima qualitas. ibi { Dicuntur autem siccum & humidum. } Circa primum duo facit. Primo proponit quod omnes aliæ qualitates sunt ex his, dicens, quod subtile grossum, & lubricum & aridum, & durum & molle, & omnes aliæ differentiæ sensibilium qualitatum sunt ex his. Secundo ibi. { Quoniam.n.repletiuum. } Probat propositum: & circa hoc tria facit: quia primo reducit ad istas quatuor hanc contrarietatem, subtile & grossum, secundo lubricum & aridum.

Tex. c. 12. ibi { Et rursus lubricum. } tertio molle & durum. ibi

Humidum quo repletiuum. { Amplius molle quidem. } Dicit ergo primo, quod subtile est ex humido: quod patet ex definitione humidi: quod, quia humidum est, ex eo quod non bene terminatur termino proprio sed bene terminatur termino alieno, est repletiuum: quia sequitur vndique tangens ipsum,

Subtile repletiuum, eo quod fluit vsque ad ipsum, tangens. Subtile autem repletiuum, eo quod ipsum subtilitate, quodlibet minimum subintrat. Vnde manifestum est quod subtile est effectus humidi: per oppositum autem grossum erit effectus sicci. Grossum autem est, cuius partes feculentæ non disiunguntur, & excedit capacitatem eius quod natum

Dubium. est repleri. Sed videtur quod hæc ratio Philosophi non valeat, cum sit ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Dicit.n.humidū est repletiuum, subtile repletiuum:

Solutio. ergo subtile est humidum. Sed est dicendum, quod, cum in quolibet genere sit deuenire ad vnum primū, quod

Tex.c. 4. est causa sequentium, vt dicitur Secundo Meta. oportet quod in genere repletiuorum sit vnum primum, quod per se sit repletiuum, & a quo alia replentia participant: tale autem est primum humidum, quod supra definitum est. vnde licet ratio Philosophi non teneat ratione ordinationis terminorum in figura, valet tamen ex habitudine causæ & effectus. Deinde cum dicit.

VATAB. *Rursum, viscosum ab humido comprehendetur. nam viscosum, humidum cum quadam affectione existit, velut oleum. Aridum autem, à sicco. Aridum enim est, quod perfecte siccum est, adeo vt ob humiditatis defectum etiam concreuerit.*

ANT. T. c. 11. *Et rursus lubricum quidem humidi. Lubricum.n.aliquid humidum passum est, velut oleum. Aridum quidem sicci. Aridum.n.est perfecte siccum: quapropter &*

Tex c. 12. *concretum est propter defectionem propriæ humiditatis.*

Lubricū reducí ad humidum agreum. Reducit aliam contrarietatem ad prædictas quatuor qualitates, s. lubricum & aridum, dicens, quod lubricum reducitur ad humidum: quia lubricum est humidum aliquid passum. Cum.n.humidum patitur commistionem subtilis terrei, & est vnctuosum, tunc fit lubricum: quia substantiale terreum sibi commistum non sinit separari partes, eius, sicut apparet in oleo & alijs vnctuosis. Aridum autem est, quod est perfecte siccum non retinens nec subtile terreum, nec etiam humidum vnctuosum: & ideo quæ coagulantur, calido primo humiditatem propriam extrahente, postea vero frigido faciente partes constare sibi, coagulantur.

Deinde cum dicit.

VATAB. *Insuper molle humidum, comitari solet, & durum, siccum Molle enim est, quod in sese refugit, ceditque, & non resistit: id quod humidum facere assolet. Quamobrem & humidum molle non est, sed molle sub humido, & durum sub sicco collocatur. Durum siquidem est, quod concretum seu congelatum est: quod autem est concretum, siccum est.*

Amplius, molle quidem humidi: molle enim est quod, cedit in seipsum, & non transmutans, quidem: quod facit humidum. Ideo enim non est humidum molle, sed molle humidi, durum autem sicci. Durum.n.est quod coagulatum est: coagulatum autem siccum.

Reducit tertiam contrarietatem, s. molle & durum, dicens, quod molle est effectus humidi. Molle.n.est quod cedit tangenti. Differt tamen ab humido: quia humidum transmutat tangens, quia humectat: sed molle inquantum tale non transmutat tangens. Et ideo molle

Molle ē effectus humidi. non est humidum, sed est effectus humidi. Durum autem reducitur ad siccum, sicut effectus ad suam causam. Durum est.n.quod tangenti non cedit: quia est coagulatum: coagulatum autem est effectus sicci, vt prius dictum est. Deinde cum dicit.

VATAB. *Porro siccum & humidum multis dicuntur modis. nam & humidum & madens sicco aduersantur. & rursus siccum & concretum, humido. hæc autem omnia ad humidum & siccum, quæ prima dicta sunt, attinent. Nam, cum madenti siccum aduersetur, & madens sit, quod superficietenus extrariam admisit humiditatem, & humectum quod introrsus, siccum autem id quod hac vacat: madens sub humido, & ei oppositum siccum, sub primo sicco fore constat. Rursum humidum & concretum, eodem modo. humidum enim est, quod in penitiore parte propriam habet humiditatem, concretum vero, quod hac priuatum est. Et proinde ex hisce, alterum humidi, alterum sicci erit. Cōstat igitur, cæteras omnes differentias ad quatuor primas.*

Tex. c. 14. Siccū & humidū dīr multipl'r. *Dicuntur autem siccum & humidum multifariam. opponitur autem sicco & humidum, & vdum: & rursus humido, & siccum, & coagulatum. omnia autem hæc sunt sicci & humidi quæ prima dicta sunt. Quoniam n. & vdo opponitur siccum, & Vdum quidem est, quod habet alienam humiditatem in superficie, Infusum autem quidem quod in profundo: siccum autem est quod priuatur hac, manifestum est quoniam vdum, erit humidi oppositum, autem siccum, primi sicci. Rursum autem humi-*

Tex. c. 15. *dum, & coagulatum similiter. Humidum enim est, quod habet propriam humiditatem in profundo. Coagulatum autem quod priuatur hac. Quapropter & horum erit hoc quidem sicci, hoc autem humidi. Manifestum igitur, quoniam omnes aliæ differentiæ reducuntur ad primas quatuor.*

Oēs qualitates tangibiles ad primas quatuor reducūtur.

Distinguit humidum & siccum, dicens, quod siccum & humidum dicuntur multis modis. Est enim quod-

quoddam humidum, quod habet humiditatem in profundo: & hoc potest esse dupliciter. Quia si habet propriam humiditatem, quemadmodum vna, proprie dicitur humidum: si autem habet extraneam, sicut spongia, dicitur humidum infusum. Et est quoddam humidum, vel vdum secundum aliam literam, quod habet humiditatem in superficie: quod Commen. nominat irroratum, & omnibus istis modis elementum humidum opponitur sicco. Sed sciendum etiam, ꝙ multipliciter dicitur siccū. vno. n. modo dicitur siccum corpus grossum & aridum in superficie, & hoc proprie opponitur humido in superficie: alio aūt modo dicitur siccum coagulatum, ꝙ non habet humiditatem in profundo, & huic sicco proprie opponitur humidū infusum. Omnia autem hæc, s. humidum istis modis dictum, & siccum aridum, & siccum coagulatum, sunt effectus primi humidi, & primi sicci. De aspero aūt & leni non facit Philosophus mentionem: quia manifestum est ꝙ ad illas quatuor reducūtur. Asperum. n. est quod habet siccitatem in superficie, quæ inæqualiter partes eius constare facit: lene aūt in superficie habet humorem, qui æqualiter facit fluere partem ad partem. Et ideo vnum horum est effectus sicci, s. asperum: & aliud est effectus humidi, s. lene. Concludit igitur ex prædictis manifestum esse ꝙ omnes aliæ differentiꝫ tangibilium qualitatum ad illas quatuor reducuntur. Deinde cum dicit.

Vdū Auer. irroratū appellat.

Occurrit tacitæ obiectioni.

VATAB. *Et has non amplius in pauciores reduci neque. n. calidum, i. quod humidum, aut quod siccum est. neque humidum, quod calidum, aut quod frigidum est. neq; frigidum & siccum subalterna sunt, neque sub calido & humido struuntur. Quare quatuor esse has necesse est.*

ANT. *Hæ autem non amplius in pauciores. Neque n. calidum est id quod siccum, aut quod humidum est. neq; humidum quod calidum, aut quod frigidum neque frigidum quod siccum, neq; subinuicem, neque sub calido & humido sunt. quapropter necesse quatuor esse has.*

Ostendit ꝙ illæ non reducuntur ad alias, nec in pauciores, nec ad seinuicem. quia calidum non est siccum. ita ꝙ caliditas sit frigiditas quædam, vel effectus eius. Nec frigiditas est caliditas, vel siccitas, vel humiditas quædam. Nec humiditas est caliditas, vel frigiditas. Nec frigiditas est siccitas. Nec calidum est frigidum vel è conuerso, sicut sub causa. Nec etiam frigiditas & caliditas sunt sub humido & sicco vel è conuerso. Necesse est igitur has quatuor qualitates esse primas. Sed videtur hoc non esse verum: quia in Primo Mete. dicitur ꝙ stellæ per motum suum, & per reflexionem radiorum causant calorem in istis inferioribus, & maxime Sol: & ita videtur ꝙ non omne calidum sit effectus primi calidi: cum ipsæ stellæ non sint calidæ, nec per tales qualitates effectæ calidæ. Saturnus etiam dicitur causare frigiditatem in aere: & ita non omne frigidum erit effectus primi frigidi. Ad quod dicendum est ꝙ Philosophus hic loquitur de qualitatibus actiuis & passiuis adinuicem, inter quas sunt prędictę quatuor qualitates, vt ostensum est. Qualitatem autem stellarum, puta lux vel aliqua alia virtus earum, licet causaret in istis inferioribus aliquam qualitatem, non tamen ab eis patiuntur, cum eorum substantia non cōmunicet in materia: vt dicitur in Duodecimo Meta. & ideo cessat obiectio.

Dubium. Cap prio.

Solutio.

Tex. c. 18.

LECTIO. III.

Numerum elementorum, & illorum qualitates secundum veritatem & ex Philosophis affert.

VATAB. *Cum autem elementa sint quatuor, & eorum quę sunt* A *quatuor sex sint copulæ, contraria autem simul copulari non possint (calidum. n. & frigidum, & rursum siccum & humidum idem esse est impossibile) constat quòd elementorum copulæ quatuor erunt. nempe calidum & siccum, calidum & humidum rursum frigidum & siccum, frigidum & humidum atq; hæc, corpora ea, quæ simplicia videntur esse, ignem, inquam, aerem, aquam, & terram secundum rationem comitari ac sequi solent. Nam ignis calidus siccusq; est: Aer vero, frigidus & humidus (nam aer, velut vapor est.) Aqua frigida humidaq;: Terra, frigida atq; sicca. Vnde fit vt differentiæ illæ non iniuria primis corporibus distribuantur, & iuxta rationem eorum numerus constet.*

ANT. Tex. c. 16. Cōiugationes posse quatuor, impossibiles vero duæ.

QVoniam aūt quatuor sunt elementa, eorum autem quatuor, sex coniugationes sunt: contraria autem non innata sunt coniungi. (Calidum n. & B *frigidum esse idem, & rursus humidū & siccum impossibile:) manifestum est, qm̄ quatuor erunt elementorum coniugationes calidum & siccum, calidum humidum, & rursus frigidum et humidū. & frigidum & siccum Et assecutum est hoc secundum rōnem simplicibus apparentibus corporibus: igni, & aeri, & terræ, & aquæ. (Ignis. n. calidus & siccus. Aer aūt calidus et humidus: velut euaporatio n aer. Aqua aūt frigida & humida, Terra autem frigida & sicca,) vt rōnabiliter distribuantur differētię primis corporibus, et multitudo eorum sit secundum rōnem.*

Postq̄ Philosophus determinauit de principijs elementorum, s. de materiali & formali, hic determinat de numero eorum. & circa hoc duo facit. primo determinat de numero eorū, secundo, cum in quolibet elemento sint duæ qualitates, ostendit in quolibet quæ qualitas dominetur in eo. ibi { Sed tn̄ simpliciter quatuor entia. } Circa primum duo facit. Primo probat numerum C elementorum, secundo confirmat dictum suum per opiniones aliorum. ibi { Omnes. n. quidem qui simplicia corpora. } Ad euidentiam primæ partis sciendum est, ꝙ elementum cōiter sumptum potest dici omne quod venit in compositionem alicuius. Est. n. elementum ex quo cōponitur aliquid primo, & est in eo, vt dicitur in. 5. Meta. Secundum hoc ergo sumendo cōiter elementum, ipsę primę quatuor qualitates possunt dici elementa, cum ex ipsis, vt dicitur in litera, companantur sex cōiugationes. Vel aliter. Quia alio modo dicuntur elementa primę propositiones demonstrationis, ex quarum virtute procedunt cæteræ demonstrationes, in quas oēs propositiones aliæ reducuntur. Ad horum ergo similitudinem ipsę primæ tangibiles qualitates possunt dici elementa: quia oēs aliæ, vt ostensum est, sunt effectus earum, & in eas cæteræ reducuntur. Dicit er D go primo Philosophus. Cùm sint quatuor elementa, i. quatuor tangibiles qualitates, & non quatuor simplicia corpora, vt quidam exponunt, nondum. n. probatus est numerus earum. quatuor autem qualitatum sint duæ coniunctiones, s. calidum & frigidum, siccum & humidum, quæ sunt duæ impossibiles coniugationes, quia impossibile est cōtraria esse in eodem: manifestum est ꝙ solum reliquæ quatuor coniugationes erunt possibiles, s. calidum & siccum, calidum & humidum, frigidum & humidum, frigidum & siccum Et hoc quod dictum est secundum hanc rationem, assecutum est, i. conueniens est, his quæ apparent in simplicibus corporibus, s. in igne, aere, aqua, & terra. Ignis enim est calidus & siccus, & ita constituitur per primam coniugationem: Aer calidus & humidus, per secundam: Aqua frigi-

Tex. c. 22.

Tex. c. 4. Elemē. quid. Primæ qualitates elementa dicuntur. Et primæ propositiones.

Expositio textus.

frigida & humida, per tertiam. Terra frigida & sicca, per quartam. Et sic primæ differentiæ qualitatum rationabiliter distribuuntur primis corporibus, s. quatuor elementis: & oportet quòd multitudo primorum corporum sit secundum prædictam rationem: quia, scilicet primæ qualitates non possunt nisi quadrupliciter combinari. Deinde cum dicit.

Combinationes possibiles quatuor.

.1. Ignis.	Calidum. Siccum.	Calidum. Humidum.	Aer. 2.
3. Aqua.	Frigidum. Humidum.	Frigidum. Siccum.	Terra. 4.

Combinationes impossibiles duæ.

.1. Calidum & Frigidum.
.2. Humidum & Siccum.

VATAB.

Omnes.n. & qui simplicia corpora elementa faciunt, alij vnum alij duo, alij tria, alij quatuor esse volunt. qui igitur tantum vnum esse dicunt, deinde densitate & raritate cætera generant, hisce duo principia facere, rarum, inquam, & densum, aut calidum & frigidum accidit. hęc.n. opificis munus obeunt. vnum aũt subijci solet sicuti materies. Qui vero continuo duo vt Parmenides ignem & terram, faciunt, quæ inter hæc media sunt, ceu aerẽ & aquam, horum misturas esse astruunt. Eodẽ modo & qui esse tria inquiunt, quemadmodum Plato in diuisionibus. medium siquidem misturam congeriemq; facit. Atq; eadem ferè dicunt, qui duo, & qui tria faciunt. verum illi medium in duo secant, hi vero vnum faciunt medium.

ANT.
Tex. c. 17. Vide Prio Physi. tex. com. 5.

Omnes.n. quidem, qui simplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum, hi autem duo hi autem tria, hi autem quatuor faciunt. Quicunq; quidem igitur vnum dicunt solum deinde densitate et raritate alia generant, his contingit duo facere principia. & rarum & densum aut calidum & frigidum. hęc.n. actiua: vnum autem supponitur, veluti materia.

Tex. c. 18. Vide Prio Physi. tex. com. 41.

Qui autem mox duo faciunt, vt Parmenides, ignem & terram, intermedia misturam faciunt horum, puta aerem & aquam. Similiter autem & qui tria dicunt, quemadmodum Plato in diuisionibus. medium.n. misturam facit. & ferè eadem dicunt & qui duo & qui tria dicunt, præterquam, quòd hi quidem incidunt in duo media, hi autem vnum solum faciunt.

Tex. c. 19.

Cõfirmat quod dixit per opinionem antiquorum. Duo autem dixit Philosophus. Primum est, ꝙ elementa non sunt plura quàm quatuor. Secundum est, ꝙ ipsa agunt & patiuntur per differentias contrariarum tangibilium qualitatum, in quibus duobus concordat quodammodo cum antiquis. vnde dicit, ꝙ omnes antiqui, qui dicunt elementa simplicia corpora, conueniunt in hoc ꝙ non excedũt quaternarium numerum. differunt tamen, quia quidam dicunt primum elementum esse tñ vnum, quidam dicunt elementa esse duo, quidam tria, quidam quatuor: ergo in hoc concordat cum antiquis, qui quaternarium numerum non transcendunt. concordat etiam cum eis in secundo: quia dicunt ipsa elementa, siue vnũ, siue plura pati per contrarias qualitates. Quicunq;.n. vnum solum dicunt elementum, dixerunt alia generari ex ipso densitate & raritate, quæ sunt contrariæ qualitates. isti ergo dixerunt duo principia præter elementum ipsum, quod dicebant esse quandam mediam naturam corpoream subtiliorem aere, & densiorem igne: ex quo per densitatem & raritatem ex eo alia generari, vel per calidum & frigidum, per frigidum quidem condensans, per calidum autem rarefaciens: hæ.n. qualitates, cum sint contrariæ, agunt & patiuntur adinuicem: vnum autem, s. prædictum elementum, supponitur eis sicut materia. Qui aũt duo faciunt, vt Parmenides, qui ponit ignem & terram esse elementa, ponebant etiã inter ea duo media, s. aerem & aquam, quæ dicebant fieri ex istis duobus per rarum & densum: quia qñ rarefit terra generatur aqua, quando autem condensatur ignis generatur aer: vnde iste etiam ponebat ea pati per contrarias qualitates, & in hoc conuenit cum Philosopho. Similiter autem & qui dicunt tria esse elementa, ponunt duo extrema contraria, & vnum medium, sicut Plato in suis diuisionibus, vbi diuidit elemẽta. Ponit.n. vnum ex parte formę & magnum & paruum, quæ sunt contraria, ex parte materiæ. Dicit etiam quoddam medium esse mistum ex magno & paruo. Ferè autem dicunt idem qui ponunt duo principia, & ponentes terram: vtriq;.n. ponunt duo extrema. & differunt, quia ponentes duo elementa, sicut Parme. ponunt duo media, ponentes autem terram, ponunt vnum medium. Deinde cum dicit.

Quomodo ponentes vnum principium po nebãt contrarietas qualitates.

Parmenides quõ.

Plato quõ.

VATAB.

Porro nonnulli statim quatuor esse aiunt, vt Empedo. Cogit autem & hic illa, in duo, nam igni cætera omnia contraponit. Ignis autem & aer & vnumquodq eorum quæ dicta sunt, haudquaquam simplex est, sed mistum. Quæ vero sunt simplicia, talia quidem sunt, non tamen eadem. vt quod igni simile est, igneum non ignis: & quod aeri, aereum non aer existit. simili modo, & de cæteris quoque dicendum est. Ignis etiam, caloris est excessus, perinde vt glacies, frigoris. Nam congelatio & feruor, excessiones quædam sunt illa quidem frigoris, hic vero caloris. Igitur si glacies, humidi & frigidi congelatio sit: & ignis, calidi & sicci feruor erit. quamobrem, nec ex glacie gigni quicquam, nec ex igni potest.

ANT.
Igniomnia cõtraponit Empedo.
Tex. c. 20.

Quidam autem & mox quatuor dicunt, vt Emp. congregat autem & hæc in duo: igni.n. omnia alia contraponit. Non est autem ignis & aer & vnumquodq; prædictorum simplex, sed mistum. Simplicium autem, talia quidem sunt, non tamen eadem. v. g. quod est igni simile, igneum, non ignis: & quod aeri, aereum. similiter autem & in alijs. Ignis autem est superabundantia caliditatis, quemadmodum & glacies frigiditatis. Coagulatio quidem, & arsio superabundantiæ quædam sunt, illa quidem frigiditatis, hæc autem caliditatis. Si igitur glacies est coagulatio frigidi & humidi, ignis erit arsio calidi & sicci. ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.

Tex. c. 21.
Ignis ẽ caliditatis superabundãtia.

Ponit specialiter opinionem Empedoclis, & eam declarat dicens, ꝙ quidam, sicut Em. & eius sequaces, ponunt statim, quatuor elementa. Dicit autem mox: quia licet aliqui posuerunt quatuor, non tamen principaliter, sed duo media, sicut aerem & aquam dicebant ex alijs generari. Ista autem quatuor elemẽta reducit Em. in duo contraria. ex vna.n. parte ponit ignem, & ex alia parte, igni tria alia contraponit. vnde concordat Arist. cum Empe. in duobus, licet non omnino, s. in numero elementorum, & contrarietate eorum. Vlterius autem incidenter declarat opinionẽ dicens, ꝙ secundum Emp. elementa, quæ nos sentimus, non sunt pura, sicut ignis, quem sentimus, non est purus, neque aer, nec aliquod aliorum, sed vnumquodque est mistum: tamen simplicia

Quõ Emp. reducit elementa.

Elñta q̃ sentimus non sunt pura elemẽta s̃m

Empedo. Flama non e ignis, sed ignea. Lege I Libru Meteo. Lect 40 & lib 4.t.173. Ité t.28 huius.2 libri, Nihil ex glacie & ex igne generatur Notabile.

simplicia elementa sunt talia, i. istis, quæ videmus, simi A lia, non tamen eadem. v.g. id, quod est simille igni, puta flamma, non est ignis, sed ignea: est enim flamma spiritus sicci ardor, vt dicitur in Primo Meteorologicorum. & quod est simile aeri non est aer, sed aereum, & similiter de alijs. Dicit etiam Empe. q ignis, qui circa nos est, est quædam superabundantia caliditatis, sicut glacies est quædam superabundantia frigiditatis. Coagulatio.n.& arsio sunt superabundantiæ quædam: hæc quidem frigiditatis in glacie, hæc autem caliditatis in igne circa nos existente. Si igitur glacies est coagulatio humidi & frigidi, & ignis est superabundans arsio calidi & sicci; quia vtrunq; eorum à temperamento mistionis recedit: ideo nihil ex glacie generatur, nec ex igne, qui est circa nos: licet vtrunq; sit mistum. Secundum autem quosdam aliter inducitur hæc litera, vt legatur secundum opinionem Arist. Deinde cum dicit.

VATAB.

Cum autem simplicia corpora sint quatuor, è duobus vtrunque vtriusque locorum est. Ignis enim & aer, eius qui ad superficiem terminumque vergit, terra vero & aqua, eius qui ad medium. Atq; ignis & terra extrema quidem sunt & synceriora: aqua vero & aer, media & mista magis. Et vtraque etiam vtrisque contraria sunt. nam igni aqua: aeri vero, terra aduersatur, hæc.n.contrarijs affectibus constant.

ANT. Tex. c. 22.

Entibus autem quatuor simplicibus corporibus, vtrumque duorum locorum est vtriusq;. Ignis et aer, eius qui ad terminum fertur: aqua autem & terra eius qui ad medium. Et extrema quidem & sincera ignis & terra: media autem mista magis nimirum aqua & aer. Et vtraq; vtrisque contraria. igni quidem enim est contraria aqua, aeri, autem terra. hæc enim ex contrarijs passionibus constituta sunt.

Remouet quandam dubitationem. Quæ talis est cum.n. sint quatuor simplicia corpora, vt probatum est, videtur q oporteat ponere quatuor loci differentias, quę ipsis corporibus aptantur Hanc ergo remouet dicens, q, cum sint quatuor simplicia corpora, vnumquodq; ipsorum est alterius duorum priorum locorum, s. loci sursum & loci deorsum: hæc enim sunt primæ differentiæ loci, vt dicitur in Secundo de Cœlo: &

Tex. c. 8.

ideo dicitur hic priorum duorum. Ignis enim & aer sunt illius loci, qui est ad terminum sursum. Terra autem & aqua sunt illius loci, qui est deorsum, non pariter. sed extrema sunt magis sincera: sicut ignis, qui est simpliciter leuis, ideo simpliciter fertur sursum: terra vero simpliciter deorsum, quia simpliciter grauis. Sed media elementa vtroq; participant: aqua.n. leuis est in terra, & grauis est in aere, & in igne. cum ergo aqua plus habeat de grauitate, quàm de leuitate, magis com D municat cum terra: & ideo vtriq; datur vnus locus. similiter autem de aere & igne. Addit autem ad hoc, q constituta sunt ex cōtrarijs quatuor passionibus: & primis, ex quibus grauitas & leuitas causatur, & cæteræ tangibiles qualitates. Deinde cum dicit.

VATAB.

Verum enimuero, cum simpliciter quatuor sint, quodque vnus est. Terra siquidem, sicci potius est quàm frigidi. Aqua vero. frigidi magis quàm humidi. Aer, humidi magis quàm calidi: Ignis, calidi magis quàm sicci.

ANT. Tex c. 23. Quæ qualitas in summo sit cuilibet elmto,

Sed tamen cum simpliciter quatuor sint, vnus vnumquodq; est. Terra.n. sicci magis quàm frigidi: Aqua autem frigidi magis quàm humidi. Aer autem humidi magis quàm calidi: Ignis autem calidi magis quàm sicci,

A Ostendit quæ qualitas in quolibet elemento dominetur dicens, q elementa, cum sint quatuor: & quodlibet habeat duas qualitates, non tamen habet eas æqualiter, sed vnumquodq; est vnius: idest in vnoquoq; dominatur vna. sicut in terra magis dominatur siccitas quàm frigiditas: in aqua magis frigiditas quàm humiditas: in aere magis humiditas quàm caliditas: in igne vero magis dominatur caliditas quàm siccitas. Non est autem intelligendum, vt quidam dicunt, q terra, licet sit magis sicca quàm frigida, q propter hoc sit siccior igne, quia litera non dicit: ratio.n. in contrarium persuadet. Duæ enim sunt causæ siccitatis, vna est frigus condensans & comprimens humidum, & per consequens remouetur siccitas, quæ non est aliud quàm humiditatis priuatio: alia causa est caliditas humiditatem consumens. manifestum autem est q motus causat ca-

Ari. hic nō elemēta ipsa, sed ambas cuiusq; elementi qualitates inter se cōparat Notabile.

B lorem in eo quod potest calefieri. necesse ergo in materia illa maxime profundet, quæ semper est iuxta velocissimum motum: hæc autem est materia ignis. vnde ignis est calidissimum omnium calidorum, vt dicitur Secundo Meta. potentior autem est ignis caliditas ad consumendum humidum, quàm terræ frigiditas: & iccirco ignis siccior est quàm terra. Vlterius autem, cum virtus mouentis sit minor in remoto, quàm in propinquo, minus calefacit motus cœli materiam aeris, immo. q. minime. Remanebit ergo humida magis quàm calida. Non tamen magis q̃ aqua: quia in aqua est frigiditas faciens ad se fluere humidum: caliditas autem aeris non facit ad se fluere humidum: & ideo aqua est magis humida quàm aer. sensu enim sensibilia iudicamus. manifestum est autem omnibus habentibus sensum tactus, q aqua humidior est quàm aer. Est tamen & minus frigida quàm terra; q sic patet. Frigiditas.n. causa-

Aer magis humid° q̃ calidus. Aqua hūidior aere.

C tur ex distantia ab orbe, sicut caliditas ex propinquitate. cum ergo inter cætera elementa terra magis distet à cœlo, necessario sequitur quòd terra frigidissima sit inter omnia elementa.

Terra frigidior aqu.

LECTIO. IIII.

Quomodo elementa, & quæ ex inuicem facilius difficiliterue generari contingat exponitur.

VATAB.

Cum autem prius sit definitum simplicia corpora mutuam subire generationem, & ea insuper gigni ad sensum videantur (nam alioqui nō esset alteratio: quippe cùm ea, in rerum tangibilium affectibus sita sit.) quisnam mutuæ generationis sit modus, et vtrum quoduis ex quouis gigni possit, an aliqua & aliqua non, dicendum videtur.

ANT. Tex. c. 24.

QVoniam autem determinatum est prius quòd est simplicibus corporibus ex inuicem generatio simul autem & secundum sensum videntur generata. (Non.n. esset alteratio. Secundum tactus.n. passiones alteratio est.) dicē dum quis modus adinuicē transmutationis. Vtrum omne ex omni generari possibile sit, aut hoc quidem possibile hoc autem impossibile.

Postq̃ Philosophus inquisiuit numerum elementorum per formalia principia ipsorum. Hic determinat de generatione & corruptione adinuicem, & vniuersaliter tam de generatione simplicium q̃ mistorum: & circa hoc duo facit. Primo ostēdit de generatione elementorum adinuicem, & cōpositorum ex elementis, secundo de causis generationis & corruptionis. ibi { Quia vero sunt quædā generabilia. } Circa primū duo facit. Primo determinat de generatione elmtorum adinuicem, secundo de generatione compositorum ex elementis ibi.

Tex. c. 31.

ibi { Ex elementis aut ex quibus. } Circa primum duo facit. Primo determinat de transmutatione mutua elementorum secundum opinionem propriam, secundo reprobat opiniones aliorum. ibi { Quoniã autem quæ transmutãtur. } Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo elementa ex inuicem generantur, secundo ꝙ habent vnam materiam susceptiuam existentem in potentia, non actu. ibi { Sed tamen adhuc. } Circa primum duo facit. Primo ponit quod intendit, secundo ꝓsequitur intentum. ibi { Quoniam quidem igitur omnia. } Dicit ergo primo, ꝙ, quia determinatum est hic, & in Tertio libro de Cœlo & Mundo, ꝙ corpora simplicia, s. elementa adinuicem generantur: & cum hoc etiam ad sensum videmus, ipsa sunt adinuicem generata: quia nisi ita esset, nõ esset alteratio inter ea cum tamen videamus ꝙ alteratio secundum passiones tactus est inter ea: & ipsæ passiones inter se prædominantes transmutant substantiam eorum adinuicem. quoniam, inquam, ita est, dicendum est nunc, quss modus adinuicem transmutationis: & dicendum est, vtrum sit possibile ꝙ quodlibet elementum ex quolibet elemento generetur, vel ꝙ tantum vnum generetur ex vno: si impossibile generari ex alio. Deinde cum dicit.

Tex. c. 46.
Tex. c. 35.
Tex. c. 31.
Tex. c. 52.

VATAB. *Quòd igitur vniuersa in seinuicem transmutari nata sint, palam est. nam generatio in contrarium, & è contrario fit. Omnia autem elementa inter se contrarietatem ex eo habent, quia differentiæ ipsæ contrariæ sunt. Nam alijs, ceu igni & aquæ, ambæ sunt contrariæ. ille. n. calidus siccusq; est, hæc vero humida & frigida. Alijs vero, vt aeri & aquæ, altera solum: nam ille quidem humidus calidusq; est, hæc vero frigida & humida. Quare in vniuersum quidem patet, quoduis è quouis gigni natum esse.*

ANT. *Quoniam quidem igitur omnia innata sunt adinuicem transmutari, manifestum est. generatio quidem. n. in contraria & ex contrarijs. elementa autem omnia habent contrarietatem adinuicem, quia differentiæ contrariæ sunt. sed his quidem. n. ambe contrariæ. v. g. igni, & aquæ, hoc enim calidum & siccum, hæc autem frigida & humida: his autem altera solum. verbi gratia, aeri, & aquæ, hic enim calidus & humidus, hæc autem frigida, & humida. Quapropter vniuersaliter quidem manifestum, omne ex omni generari natum est.*

Elemẽta adinuicẽ contrarietatẽ habent.

Quodlibet elemẽtum generatur ex quolibet.

Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit generationem elementorum in communi, secundo magis in speciali, ostendendo differentiam inter ea quantum ad eorum transmutationem. ibi { Iam autem secundum vnumquodq;. } Primo ostendit ꝙ elementa adinuicem transmutantur tali ratione. Generatio est ex contrarijs, & in contraria: omnia elementa habẽt contrarietatem adinuicem: quia eorum differentiæ sunt contrariæ. ostensum est ergo ꝙ elementa adinuicem generantur. Maiorem propositionem manifestat inducendo in singulis elementis dicens, ꝙ quędam elementa secundum ambas differentias contrariantur, sicut ignis & aqua. ignis. n. est calidus & siccus, aqua vero frigida & humida: calidum autem & frigidum sunt contraria, & similiter humidum & siccum. quędam autem contrariantur solum secundum alteram qualitatem, sicut aer & aqua; quia aer est calidus, & aqua est frigida; sed in humiditate conueniunt. simile est de terra & igne, & de terra & aqua. Sic ergo concludit ꝙ vniuersaliter manifestum est, ꝙ quodlibet elementum ex quolibet generatur. Deinde cum dicit.

VATAB. *Iam vero quo pacto ex omnibus omnia fient, singulatim percipere haudquaquam est difficile. Differunt tamen. nam celerius & tardius, item facilius difficiliusq; alia alijs transmutationem subeunt. Quæ. n. symbolum inter se habent, horum celeris est migratio: quæ vero non habent, tarda: quòd facilius sit vnum quam multa mutari. verbi causa, ex igne fiet aer, altero mutationem subeunte. nam ille quidem calidus, siccusq; est, hic vero calidus & humidus. quare, si siccitas vincatur ab humiditate, orietur aer. Rursum ex aere aqua fiet, si calorem frigus euincat. siquidem aer humidus calidusq; est, aqua vero frigida & humida. quare mutato calore, fiet aqua. Eodem modo, ex aqua quoque fiet terra, & ex terra ignis. nam vtraq; ad vtraq; symbola habent. aqua. n. humida frigidaq; est, terra vero, frigida & sicca. quare si humiditas vincatur, emerget terra. Et rursum cum ignis calidus sit & siccus, terra vero frigida & sicca, si frigiditas intereat, ignis è terra fiet. Quare patet, circularem generationem simplicibus competere corporibus. Atque hic mutationis modus promptissimus est, propterea quod quæ deinceps sunt, symbolum habent.*

ANT. Tex. c. 25. In habentibus symbolũ facilior est transitꝰ.

Iam autem secundum vnumquodq; non est difficile videre, quomodo omnia ex omnibus fiant. Differt autem in citius & tardius, & facilius & difficilius. Quæcunq; n. habent symbolum adinuicem, velox horum est transmutatio: quæcunq; autem non habent, tarda. quia facilius est vnum quàm multa transmutare. v. g. ex igne quidem. n. erit aer altero transmutato. hoc. n. erat calidum, & siccum, hoc autem calidum & humidum quapropter, si dominabitur siccum ab humido, aer erit. Rursus autem ex aere aqua erit, si dominabitur calidum à frigido: hoc quidem. n. fuerat calidum, & humidum, hoc autem frigidum & humidum: quapropter trãsmutato calido, aqua erit. Eodem modo & ex aqua terra, & ex terra ignis: habent. n. ambo ad ambo symbola. aqua quidem humida & frigida, terra autem frigida & sicca: quapropter dominato humido terra erit. Et rursus ignis, quoniam calidus & siccus, terra autem frigida & sicca, si corrumpatur frigidum, ignis erit ex terra. Quapropter manifestum quòd in circuitu erit generatio in simplicibus corporibus: & facilis hic modus transmutationis, quia symbola insunt his, quæ ordinata inter se sunt.

Determinat de generatione ipsorum magis in speciali. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo vnum elementum generetur ex vno, secundo quomodo vnum generetur ex duobus. ibi { Si aũt vniuscuiusque. } Circa primum duo facit. Primo ostendit quæ sunt quæ faciliter & cito adinuicem transmutantur, secundo quæ sunt quę tardius & difficulter. ibi { Ex igne aqua. } Dicit ergo primo, ꝙ licet omnia elementa in hoc conueniant ꝙ quodlibet ex quolibet generatur: differunt in hoc, ꝙ quædam ipsorum facilius & citius, & quædam tardius & difficilius ab inuicem transmutantur. Quæcunq. n. habent symbolum, i. conuenientiam in aliqua qualitate, citius & facilius transmutantur adinuicem: illa vero, quæ in nulla qualitate cõueniunt, tardius & difficilius, & ratio huius est: quia, cum ea, quę habent symbolum trãsmutantur, non est necesse transmutari nisi tantum alteram qualitatem: qñ vero ea, quę trãsmutatur adinuicem in nulla qualitate conueniunt, vtranq; qualitatem necesse est transmutari: facilius autem est vnum transmutari quàm plura. Vlterius autem exemplificat dicens, ꝙ ex igne potest fieri aer solum altero trãsmutato, s. sicco: ignis. n. est calidus & siccus, aer autem calidus & humidus. si ergo siccum ignis per dominium

Tex. c. 27.

Quid est habere symbolum.

Cur hñtia symbolum facilius trãsmutantur.

minium humidi corrumpatur, remanet calidum & humidum, & sic erit aer. Item etiam ex aere poterit fieri aqua, si per dominium frigidi caliditas aeris corrumpatur. Eodem modo ex aqua terra, & ex terra ignis. habent.n.ambo conuenientiam ambobus. Aqua.n.est frigida & humida, terra vero frigida & sicca: & ideo dominato humido, i. si humidum aquę corrumpatur per dominium sicci generabitur terra ex aqua. passiue.n. legitur ly dominato. Item vero. quia ignis est calidus & siccus, terra vero frigida & sicca: si corrumpatur frigiditas terræ, generabitur ignis ex terra. Et ideo concludit, manifestum esse, ꝙ, cum quodlibet generetur ex quolibet, vt ostẽsum est, ꝙ generatio simplicium corporum erit circularis. & prędictus modus transmutationis est facilis: quia habent symbolum in altera qualitate.

Dubiũ primum.

Dubitatur autem de hoc quod hic dicit Philosophus. Dicit enim ꝙ, cum elementa quæ habent symbolum transmutantur, remanet vna qualitas: sicut quando ex aere fit aqua, remanet humiditas: & sic videtur ꝙ corrupto subiecto remaneat accidens, quod est impossibile.

Solutio.

Ad quod dicendum ꝙ illud accidens siue illa qualitas non remanet eadem numero, sed eadem specie.

Dubium secundum.

Sed adhuc videtur dubium remanere: quia non videtur ꝙ propter hoc talis transmutatio debeat esse facilior, cum oporteat corrumpi ambas qualitates, sicut in transmutatione non habẽtium symbolum.

Solutio.

Ad huius ergo euidentiam consyderandum est, ꝙ qualitates elementorum causantur ab ipsis formis substantialibus ipsorum. Illa ergo elementa, quæ maiorem conuenientiam habent in qualitatibus, necessario habent maiorem conuenientiam in formis substantialibus, & per consequens in dispositionibus materiæ facilius adinuicem transmutantur: Et licet oportet ambas qualitates corrumpi, tamen, quia qualitas symbola minus resistit, immo nullo modo: contraria vero resistit, ideo facilior est transitus. Deinde cum dicit.

In symbolis ẽ minor resistentia: ideo facilior trãsit⁹.

VATAB.

Aqua autem ex igni, & terra ex aere, & rursum ex aqua ignis, & aer ex terra gigni quidem possunt, sed difficilius, quod plurium mutatio sit. Nam si ex aqua oriatur ignis, frigiditatem & humiditatem corrumpi prius est necesse. Et rursum frigiditatem & siccitatem, si ex terra fiat aer. Eodem modo & si ex igni & aere, aqua & terra fiant, vtrasque mutari qualitates est necesse. Hæc igitur generatio tardior est.

ANT. Tex. c. 26.

Ex igne autem aquam, & ex aere terram, & rursus ex aqua & terra, aerem & ignem contingit quidem generari, difficilius autem, quoniam plurium est transmutatio. Necesse enim si erit ex aqua ignis, corrumpi frigidum & humidum. Et rursus, si ex terra aer, corrumpi & frigidum, & siccum. Similiter autem si ex igne & aere, aqua & terra, necesse enim ambo transmutari. hæc quidem igitur generatio tardior est.

Ostendit quæ sunt illa, quæ tarde & difficulter adinuicem generentur: & dicit, ꝙ sunt illa, quę non habent symbolum. sicut ignis & aqua, terra & aer: & inducit rationem quæ patet in litera. Deinde cum dicit

VATAB.

Sin vero vtriusq; altera qualitatum intereat, horum migratio facilius quidem, sed non in sese mutuo, fiet. sed ex igni quidem & aqua, terra & aer: ex aere vero & terra, ignis & aqua ortum subibunt. Cum.n. aquæ frigiditas fuerit corrupta, & ignis siccitas, fiet aer. nam huius quidem caliditas, illius vero similiter humiditas relinquitur. At cum calor ignis, & aquæ humiditas interierint, terra, propterea quod huius frigiditas & illius siccitas remanent. Eodem modo ex aere terraque, ignis & aqua. nam cum aeris calor & terræ siccitas interitum subierint, fiet aqua. quandoquidem illius humiditas, huius frigiditas relinquitur. Cum vero aeris quidem humiditas terræ vero frigiditas, ignis, quia illius caliditas remanet, huius siccitas: quæ nimirum igni competunt. Ignem autem gigni, etiam sensus ipse approbat. maxime enim flamma ignis est: hæc autem est fumus ardens, fumus vero ex aere atque terra fit.

ANT. Tex. c. 27.

Ex duobus elementis summe cõtrarijs tertiũ generari potest.

Si autem vniuscuiusque alterum corrumpetur, facilis quidem non adinuicem autem erit transmutatio. Sed ex igne quidem & ex aqua erit terra & aer. & ex aere & terra, ignis & aqua Quando enim aquæ frigiditas corrumpetur, ignis autem siccitas, aer erit. relinquitur enim huius quidem calidum, huius autem humidum. Quando autem ignis quidem calidum, aquæ autem humidum, terra erit: quia relinquitur huius quidem siccum, huius autem frigidum. Similiter autem & ex aere & terra, ignis & aqua quando enim aeris corrumpetur calidum, terræ autem siccum, aqua erit. Relinquitur enim huius humidum, huius autem frigidum. Quando autem aeris humidum, terræ autem frigidum, ignis. quia relinquitur huius quidem calidum, huius autem siccum, quæ quidem erant ipsius ignis. Confessa autem ad sensum ignis, generatio. maxime enim ignis flamma hæc autem est fumus ardens: fumus autem ex aere & terra.

Tex. c. 28. Flamma est fumus ardens. Fumus est ex aere & terra.

Ex duobus elementis summe contrarijs tertium generari potest.

Ex aere	Ignis	Corrupto	Humido
Et terra			Frigido
Ex aqua	Aer	Corrupto	Frigido
Et igne			Sicco
Ex aere	Aqua	Corrupto	Calido
Et terra			Sicco
Ex aqua	Terra	Corrupto	Humido
Et igne			Calido

Ostendit quomodo vnum elemẽtum generetur ex duobus dicẽs, ꝙ, si altera qualitas vniuscuiusq; elementorum non habentium symbolum corrumpatur, non est adinuicem transmutatio, sed tamen poterit aliquod tertium generari. Sicut ex igne & aqua, quæ in nulla qualitate conueniunt, poterit generari terra, & aer. Ex aere & terra ignis & aqua. quãdo.n. aquæ frigiditas corrũpitur & siccitas ignis, sic fiet aer, qui est calidus & humidus: quando vero calidũ ignis & humiditas aquæ corrumpitur, remanet siccitas ignis, & frigiditas aquæ, & sic generatur terra frigida & sicca. similiter ex aere & terra potest generari ignis & aqua. Quando caliditas aeris & terræ siccitas corrumpitur, remanet humiditas aeris & terræ frigiditas: & sic generatur aqua frigida & humida. Quando vero humiditas aeris & terræ frigidæ corrumpitur remanet caliditas aeris, & siccitas terræ, & sic generatur ignis calidus & siccus. Hæc autem generatio ignis concessa est ab omnibus: quia ad

Quod ex terra & aere fiat ignis.

ad sensum apparet, ꝙ in lignis, in quibus est humiditas aeris, generatur flamma, quę maxime ignis est inter ea, quæ naturæ igneæ sunt apud nos. Flamma autem nihil aliud est nisi fumus accensus. fumus autem est ex terra & aere: & humiditas aerea expirans & secum trahens partes terrestres: propter quod denigrantur ea quę tangit. In hac tamen generatione notandum est, quòd semper necesse est vincere alteram actiuarum qualitatum, & alteram passiuarum: quia aliter non esset coniunctio possibilis. Deinde cum dicit.

Cur nigrescunt quæ tanguntur a fumo.

Notabile.

VATAB.

Porro in hisce quæ sunt deinceps, si in vtroque qualitas altera corrupta sit, haud quaquam elementorum migratio in vllum corpus fieri potest, eo quod in vtrisque aut eadem, aut contraria relinquantur: ex quibus nullum profectò corpus oriri potest. vt si siccitas ignis, & aeris humiditas sit corrupta, calor in vtrisque remanet. si verò ab vtroque calor abierit, contraria, siccum, inquam, & humidum, relinquuntur. similiter autem, & in cæteris. nam in omnibus quæ sunt eiusmodi, qualitatum altera eadem, altera contraria inest. Vnde simul perspicuum euadit, quæ ex vno in vnum mutantur, vno corrupto. quæ ex duobus in vnum, corruptis pluribus, gigni. Quod igitur ex omnibus omnia gignantur, & quonam pacto in sese vicissim commigrent, dictum est.

ANT. Tex. c. 29.

In his autem, quæ per conuenientiam, non contingit, corrupto in vtroq; altero, elementorum fieri transmutationem in vnum corporum: quia relinquuntur in ambobus aut eadem, aut contraria ex neutro autem contingit generari corpus, v. g. si ignis quidem corrumpetur siccum, aeris autem humidum, calidum in ambobus relinquetur. si autem ex vtroq; calidum, relinquentur contraria, siccum & humidum. similiter autem & in alijs. in omnibus enim his, quæ per consequentiam existunt, hoc quidem idem, hoc autem contrarium. Quapropter simul manifestum, quoniam quæ ex vno in vnum transeunt, vno corrupto generantur: quæ autem ex duobus in vnum. pluribus corruptis fiunt. Quod ergo omnia ex omni generentur, & quō elementa ex inuicem generantur, dictum est.

Tex. c. 30.

Ex quibus elementis non gñatur tertium.

Ostendit ex quibus duobus elemētis non potest generari tertium dicens, ꝙ in his elementis, quæ sunt per conuenientiam, i. quæ sunt immediate in loco, & habent symbolum, talis generatio esse non potest, s. ꝙ ex duobus altera qualitate in vtroq; corrupta tertium generetur. Quia illa, quæ relinquitur, est aut eadem aut contraria, & si quidem fuerit eadem in vtroq;, puta caliditas in igne & aere, non generabitur aliquod tertium elementum, quia ex vna qualitate non potest constitui elementum. Si autem fuerint contraria, puta siccitas ignis & humiditas aeris: cum ista coniugatio sit impossibilis, vt supra dictum est, nec tunc poterit generari tertium elementum. Similiter autem est in alijs habentibus symbolum, s. in terra & aqua: quia in omnibus talibus, quæ habent talem coniunctionem in loco, & est inter ea cōuenientia qualitatis, vna qualitas est eadem, & altera contraria. Ex dictis igitur manifestum est ꝙ elementa, quæ ex vno in vnum ex veloci generatione transeunt, ex duobus in vnum tertium illa transeunt duabus qualitatibus corruptis. Vltimo epilogat vt patet in litera.

Tex. c. 16.

Dubium.

Dubitatur de hoc quòd hic dicit Philosophus, ꝙ corrupta frigiditate terræ & humiditate aeris fiet ignis. hoc. n. non videtur possibile esse: quia nec terræ siccitas, nec caliditas aeris videtur ad generationem ignis posse sufficere. ignis. n. multo calidior est quàm aer, & siccior quàm terra. Adhoc autem dicunt quidam, ꝙ non intendit Philosophus ꝙ ex illis duobus generetur purus ignis, sed aliquid quod maxime participet naturam eius: sicut exemplificat de flāma. Sed hoc stare non potest. quia Philosophus loquitur de generatione elementorum, & non mistorum ex elementis. & præterea etiam caliditas flammæ multo intensior est quàm caliditas aeris. Et ideo dicendum ꝙ generatur purus ignis. Et licet illa caliditas non sufficiat, iuuatur tamen & intenditur per virtutem corporis cœlestis, & luce Solis, & per virtutem aliarum stellarum.

Solo quorundam.

Impugnatio.

Solutio ꝓpria.

LECTIO. V.

Subiectum primum transmutationis elementorum non esse elementum, vel medium aliquod inter illa, dicitur.

VATAB.

Attamen adhuc & hic quoque de eis contemplemur. Si. n. aqua & aer & id genus, naturalium corporum materies sint, sicuti nonnullis quoque placet, aut vnum, aut duo, aut plura esse, hæc necesse est. Itaque vt vnum scilicet aer, vel aqua, vel ignis vel terra, omnia sint, fieri nequit, si transmutatio in contrario sit, atque id transmutetur. Nam si aer sit, si remanet, alteratio erit & non generatio. Insuper nec ita videtur, vt simul aer & ignis aut quoduis aliud sit. Essent. n. aduersantia quædam differentiaq;, cuius partem alteram, ceu calorem ignis haberet.

ANT. Tex. c. 31.

Sed tamen adhuc, & sic de his aspiciemus, si. n. est naturalium corporum materia, vt videtur quibusdam, aqua, & aer, & quæ talia necesse est hæc aut vnum esse, aut duo, aut plura. Vnum itaque omnia, esse non est possibile, v. g. aerem omnia, aut aquā, aut ignem, aut terram, si transmutatio est in contraria, & hoc transmutatur in contrarium. Si. n. erit aer, siquidem permanet, alteratio erit & non generatio si autem neq; ita videtur, vt & aqua simul sit & aer, aut aliud quodcunque. Erit igitur aliqua contrarietas & differentia, cuius habebit aliquid alteram particulam, ignis. v. g. caliditatem.

Postquam Philosophus de generatione elementorum determinauit, hic ostendit quod subiectum istius transmutationis non est aliquod corpus actu existens, & per consequens, ꝙ illud subiectum est materia communis existens in pontentia. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostendit ꝙ subiectū huius transmutationis non potest esse aliquod elementum, secundo ꝙ nec aliquod medium inter elementa. ibi { Tamen neque aliud aliquid. }. Dicit ergo primo, ꝙ licet supra dictum sit, quod sit subiectum huius trāsmutationis, & ꝙ elementa adinuicem transmutentur: adhuc tamen inspiciemus, si aliquod naturalium corporum, puta elementorum, vel aliquod corpus medium inter ea, est materia talis trāsmutationis. Quibusdam. n. videtur ꝙ sit aqua, quibusdam ꝙ sit aer, vel aliquid tale. Sed ꝙ aliquod tale corpus non possit esse materia elementorum probat tali ratione. quia aut illud est tantum vnum, aut duo, aut plura. Si autem sit vnum tantum, tunc omnia erunt vnum, s. vel aer, vel aqua, vel ignis: sed hoc non est possibile: quia transmutatio est inter contraria. Si. n. dicatur ꝙ aer, qui est omnia, permaneat secundum rationem, & formam, subiectum saluatur in tota transmutatione: talis autem transmutatio est alteratio & non generatio: ergo non fit generatio elementorum, adinuicem: quod est contra supra probata. Similiter autem cum prædictis videtur ꝙ aqua non sit omnino similis aeri: aut aliquod elementum per omnia simile alteri elemento. ergo oportet ꝙ sit aliqua proprietas vniuscuiusque,

Tex. c. 32.

iusque, & aliqua differentia & contrarietas inter ipsa distinguens: & illius contrarietatis vnum elementum habebit partem vnam, & aliud elementum partem aliam habebit. v.g. si ignis & aer sint contraria secuodum calidum & frigidum, ignis habebit caliditatem, & aer frigiditatẽ. Quando ergo fit transmutatio aeris in ignem: siquidem manet aer in tota transmutatione, tunc & manet aeris frigiditas: & tamen ex igne, in quo transmutatur, inerit ei caliditas. ergo tunc est calidum & frigidum. Et, cùm sit simplex corpus, est vbiq; & secundum idem frigiditas & caliditas. ergo contraria erunt in eodem: quod est impossibile. Deinde cum dicit.

VATAB. *At vero, nec ignis aer calidus erit nam quod est eiusmodi, alteratio est, & non generatio. Adhac, si ex igni aer oriatur, calore in contrarium mutatio fiet. hoc ergo inerit aeri, eritque aer frigidum quid. Quare fieri non potest, vt ignis, aer calidus sit. simul enim idem calidum esset atq; frigidum. Erit ergo aliud quid prater vtrunque, idem & alia quadam communis materies. Eadem autem & de omnibus ratio est, non esse, inquam, inter hac vnum, ex quo vniuersa sint.*

ANT. *Sed tamen neque ignis erit aer calidus: alteratio enim tale. & non videtur. Similiter autem rursus, si erit aer ex igne calido, in contrarium transmutato erit. inerit igitur aeri hoc, & erit aer frigidum aliquid. quapropter impoßibile ignem aerem calidum esse. simul enim idem calidum & frigidum erit. aliud aliquid igitur, prater ambo, idem erit, & aliqua alia materia communis. Eadem autem ratio est de omnibus, quoniam non est vnum horum, ex quo omnia.*

Remouet quandam responsionem, quæ posset dari ad prædicta. Posset .n. aliquis dicere, ꝙ aer, quando fit ignis, nõ dicitur fieri ignis, quia assumit speciem ignis, sed aer est calidus. & similiter, quando ex igne fit aer, tũc manet aer calidus. Sed hoc remouet, dicens ꝙ, si hoc esset verum, sequeretur idem quod prius, s. ꝙ generatio elementi ex elemento esset alteratio: quia aer frigidus & calidus non differunt nisi per accidens, & hoc facit alterationem. Præterea, cùm ex igne fit aer, vel ẽ conuerso, si vtraq; forma inest materiæ ignis & aeris, sicut dicit ista opinio, erunt idem calidum & frigidum: & quia transmutatio omnis est inter contraria: ergo aeri inerit calor ignis: & aer de se est quidem frigidus. ergo calidum & frigidum sunt in eodem simplici: quod est impossibile. ergo impossibile est ꝙ aer sit ignis calidus, vel ignis sit aer frigidus. Quod autem hic dicitur, ꝙ aer de se est frigidus, dicitur gratia exempli, & non secundum rei veritatem. cum autem ista sint impossibilia, oportet ꝙ ambo elementa, s. ignis & aer habeant aliquod, quod sit eis commune, quod essentialiter est in ambobus. Et hæc est communis materia, quæ est in potentia ad vtrunque: & eadem ratio est de alijs elementis. Nullum ergo elementum est materia ad alia elementa, sed materia eorum est vna, quæ est potentia vnumquodque. Deinde cum dicit.

Dicitur aer frigidꝰ gratia exẽpli.

VATAB. *Sed neque aliud quippiam prater hac, veluti medium quoddam aeris & aqua, aut aeris & ignis, aere quidem & igni craßius, sed cateris subtilius. Nam illud, aer & ignis cum contrarietate esset: sed ẽ contrarijs alterum, priuatio est. Quare fieri non potest, vt illud vnquam per se sit, quemadmodum quidem aiũt infinitum & id quod comprehendit atque continet. similiter ergo horum quoduis, aut certe nullum. Si igitur nullum sensibile hisce prius sit, hac profecto erunt prima.*

A *Tamen neque aliud aliquid prater hac velut medium aliquid aeris & aqua, & aeris vel ignis. aere quidem atque igne grossius, alijs autem subtilius. erit enim illud aer & ignis cum contrarietate: sed priuatio est contrariorum alterum. Quapropter non contingit illud solum esse vnquam, vt quidam inquiunt, infinitum comprehendens. similiter igitur quodcunque horum, aut quidem nihil Si igitur nullũ sensibile prius his est, hac vtiq; erunt omnia.* ANT. Tex. c. 32. Priuatio est contrarioꝝ alterum. Tex. c. 33.

Ostendit ꝙ medium corpus inter ignem & aerem, quod sit grossius igne & subtilius aere: vel etiam medium inter aerem & aquam, quod sit subtilius aqua, & grossius aere, non potest esse materia elementorũ. quia, si illud medium supponatur, quod est medium aeris & ignis, aut illud est cum contrarietate elementi prima, aut sine ea. si autẽ est cum contrarietate prima alicuius elementi, ipsum est illud elementum. Quia cui conuẽ-
B nit propria passio alicuius, illi conuenit subiectum illius passionis. & si non erit medium inter elementa: quod est contra id quod suppositum est. Si autem illud corpus non habet passionem vel proprietatem elementarem, sed est priuatum ea: cum priuatio cum altero semper sit contrariorum: (aliter .n. materia elementorum esset à forma separata, quod est impossibile.) sequitur ꝙ id medium corpus non sit sine contrarietate, sicut quidam dicunt: quod ipsum est quoddam infinitum non habens qualitatem aliquam, & omnia comprehendens. Similis autẽ ratio est quodcunq; horum medium esse materia elementorum ponatur. ergo aut nihil tale est medium, aut illud est aliud quatuor elementorum: quod est contra positionem. Si ergo non potest esse aliquod corpus sensibile prius istis quatuor elementis, necesse est vt ipsa quatuor elementa sint principia corpo-
C rum sensibilium. Commentator autem aliter deducit istam rationem. Dicit .n. ꝙ, si ponatur aliquod corpus medium esse materiam elementorum, sequitur idem inconueniens, quod contingebat ponentibus vnum elementorum aereum esse subiectum. Sequitur .n. contraria esse in eodem: quia, cum omnis transmutatio sit in contraria, & ex contrarijs, vt supra dixit Philosophus, cum ex tali corpore generatur aer vel aliud elemẽtum, in eodem erunt qualitates ipsius corporis mediæ, cum ipsum in transmutatione secundum substantiam permaneat, & qualitates aeris generati, quas de necessitate illis oportet esse contrarias. Sequitur etiam secundum eum illud esse ens & non ens: quia cum vnum est priuatio alterius: & priuatio est non ens: secundum vnum contrariorum est ens, & secundum aliud est non ens. Vltimo autem cùm dicit. Auer. deductio.

D *Aut igitur ea semper manere & in sese vicißim trãsmutari non posse aut posse, & aut omnia aut aliqua & aliqua non, quemadmodum in Timao Plato prodidit, est necesse. Quod igitur necesse sit ea inuicem in se mutari, demonstratum est prius. Quod vero non aque celeriter aliud ex alio nascatur, quod qua communem nacta sunt, qualitatem celerius ex sese mutuo oriantur, qua vero non sunt nacta tardius, dictum iam est. Ergo si vna sit aduersantia, per quam mutationem subeant, duo sint necesse est. nam insensibilis inseparabilisq; materies medium est. Porro, cum plura esse videantur, dua ad minimum contrarietates erunt. Sed, cùm dua sint, esse tria non possunt, sed quatuor, vt patet. tot .n. sunt coniugationes. Nam, cum sint sex. dua ex eis fieri non possunt. propterea, quòd inter sese contraria sunt. Sed de hisce diximus prius.* VATAB.

Necesse

ANT.

Necesse igitur est aut semper manentia & immutabilia inuicem, aut transmutabilia: & aut omnia, aut hæc quidem sic hæc autem non, vt in Timæo Plato scripsit.

Tex. c. 34. Habentia symbolũ facili° inuicẽ generantur non habentia vero tardius.

Quoniam quidem igitur transmutari inuicem necesse est, dictum est prius, & quoniam non similiter cito aliud ex alio, dictum est prius. quoniam habentia quidem symbolum citius generantur ex inuicem, non habentia autem, tardius. Siquidem igitur contrarietas vna est. secundum quam transmutantur, necesse est duo esse. Materia enim, quæ est medium, insensibilis est & inseparabilis. Quoniam autem plura videntur esse dua vtiq; erunt quæ minimæ. Duabus igitur existentibus, non possibile est esse tria, sed quatuor, quemadmodum videtur. tot n. erunt coniugationes Sex. n. existentibus duas impossibile est generari, quoniam contrariæ sunt inuicem. De his quidem igitur dictum est prius.

Recapitulat.

Recapitulando concludit principale propositum dicens, φ ista corpora aut semper manẽtia sunt in formis suis & immutabilia inuicem, aut transmutantur adinuicem. & si transmutantur, aut omnia transmutantur, aut quædam sic, & quædam non, sicut Plato scripsit in Timæo, φ terra, propter latitudinem suorum triangulorum, non transmutatur. Sed manifestum est φ omnia elementa adinuicem transmutantur, non tamen omnia æque cito: quia ea, quæ habent symbolum, citius generantur adinuicem, quæ autem non habent tardius. Si. n. in elementis est contrarietas vna tantum, necesse est esse duo elementa: quia vnum solum non potest esse simul sub duobus contrarijs. & materia tunc est medium duorum. Sed, quia nos videmus φ elementa sunt plura quàm duo, necesse est ad minus sint duæ cõtrarietates. Duabus autem existentibus contrarietatibus, impossibile est quòd elementa sint tantum tria, sed oportet de necessitate φ sint quatuor. tot. n. contingit fieri vniuersales coniugationes tãgibilium qualitatum, penes quas sumitur numerus elementorum, sunt. n. in vniuerso sex coniugationes, sed duæ sunt impossibiles, vt supra patuit: quia contraria essent in eodem.

Platõis placitum.

Tex. c. 36.

LECTIO. VI.

Extremum seu Medium ex elemẽtis, ipsorum generationis principium non esse probatur: pro quo probatur etiam, quod in infinitum non procedat elementorum generatio.

VATAB.

Cum autem mutuo in sese transmutentur, fieri non posse vt principium quoddam sit eorum vel in extremo vel in medio, ex hisce palam fiet. In extremis igitur non erit principium, quia ignis aut terra essent omnia idemq; sermo est, atque si ex igni aut terra constare omnia dicamus.

ANT.

QVòd autem cùm transmutentur adinuicem impossibile sit principium aliquod esse horum, aut in extremo, aut medio, ex his manifestum erit. In extremis quidem igitur non erit: quoniam ignis non erunt aut terra omnia. & eadem ratio est, si dicamus ex igne, aut terra esse omnia.

Postquam Philosophus secundum propriam opinionem determinauit de mutua transmutatione elementorum, in parte ista ponit opiniones aliorum, & destruit eas. Fuerunt. n. circa hoc duæ opiniones. quidam. n. dixerunt φ non omnia elementa adinuicem transmutatur, sed quædam. v. g. sicut aer mutatur in aquam & ignem, ignis vero non mutatur in aerem & in aquam. Aliqui vero non, vt Empe. & eius sequaces, dixerunt elemẽta esse immutabilia. Primo ergo ponit rationem contra primam, secundo contra secundam. ibi { Admirabitur autem. } Quia vero prima opinio supponit quoddã elementum medium, esse principium in transmutatione aliorum, quod est contra id, quod supra probatum est, ideo Philosophus breuiter adducendo id, quod supradictum est, ostendit φ neq; extremum elementum potest esse principium, neq; medium elementum potest esse principium. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd non extremum, secundo φ neque medium. ibi { Quoniam autem neq; medium. } Dicit ergo, quòd, quia elementa adinuicem transmutantur, impossibile est aliquod ipsorum esse principium, neq; medium, neq; extremum. Quòd extremum elementum non potest esse principium, manifestum est ex supra dictis. si. n. dicatur quòd extrema, sicut ignis aut terra, sunt principia: cum ipsa & in transmutatione permaneant, omnia erunt ignis, quod est manifeste falsum. & eadem ratio est de terra. Deinde cum dicit.

Tex. c. 37.

VATAB.

Præterea neq; medium, principium erit, sicuti quidam aerem quidem & in ignem & in aquam, aquam vero & in aerem & in terram, vltima autem non amplius in sese vicissim transmutari putant. Nam stet hoc, nec in infinitum recta vtraq; ex parte abeat, oportet. in vno enim contrarietates essent infinitæ.

ANT.

Quoniam autem neque medium, vt videtur quibusdam, aer quidem & in ignem transmutatur, & in aquam aqua autem & in aerem & in terram: vltima autem non amplius inuicem. Oportet enim hoc stare, & non in infinitum ire in rectitudine ad vtraq;: infinitæ enim contrarietates in vno erunt.

Ostendit φ neque medium elementum potest esse principium, sicut illi dicebant, qui ponebant non omnia elementa adinuicem generari. Et circa hoc duo facit. Primo præsupponit quoddam medium ad propositum ostendendum, secundo probat propositum. ibi { Terra sit. T. } Proponit ergo primo, quòd non solum aer mutaretur in aquam, sed & in ignem: nec aqua solum in aerem, sed & in terram: sed, vt illi dicebant, extrema non amplius mutabantur in medium, sed oportet in istis transmutationibus esse statum & non ire in infinitum. si enim iretur in infinitum, tunc in vno & eodem essent infinitæ contrarietates. & hoc est infra magis manifestum. Deinde cum dicit.

Tex. c. 36.

VATAB.

Sit T terra, L lympha seu aqa, A aer, I ignis. Itaq; si A in I & L mutetur, vna erit contrarietas, nempe ipsorum A I. sint hæc, albor & nigror. Rursum si I in L & A mutetur, erit altera. non. n. L & I idem sunt. sint autem siccitas & humiditas, S quidem siccitas, H vero humiditas. Igitur, si albor maneat, humida & alba erit aqua. [illegible] simus, nigra. quandoquidem, in contraria mutatio est. Aquam igitur, aut albam esse, aut nigram necesse est. Sit primum, Par ergo ratione, S inerit I. Transmutabitur igitur & ipse ignis, in aquam. cõtraria. n. sunt, nam ignis primo niger erat, & deinde siccus, aqua vero humida & postea alba. Liquet itaque omnia in sese vicissim transmutari, atque etiam in hisce, ipsi terræ reliqua duo symbola, nigrorem, inquam, & humiditatem, competere. hæc enim nedum copulata fuere.

VATAB.

ANT.

Terra sit T, aqua L, aer A, ignis I. Si vtiq; A transmutatur in I L, & contrarietas erit eorum qua A, I. Sit autem hæc albedo & nigredo. Rursus, quia in L A, erit alia non enim idem I & L. Sin autem siccitas & humiditas, A quidem siccitas, T autem humiditas. Quapropter siquidem manet album, existet aqua humida & alba:

alba: sin autem, nigra erit aqua in contraria. n. transmutatio. Necesse est igitur aut albam aut nigrã esse aquam: sit itaq; alba primum. Similiter igitur & ipsi I, ipsum A inexistet siccitas. Erit igitur ignis transmutatio in aquam. contraria enim existit. Ignis. n. prius niger erat, deinde autem siccum I. Aqua autem humida deinde autem alba. Palam quidem vtique quoniam omnibus ad inuicem erit transmutatio & in his, & quoniam & T, terræ inerunt reliqua, & duo symbola, nigrum & humidum. hæc. n. nondum coniuncta fuerunt.

I. Ignis.	Nigredo.
A. Aer.	Albedo.
L. Aqua.	A. Siccitas.
T. Terra.	Y. Humiditas.

Probat propositum. & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem suam, secundo probat, quoddam quod supposuerat, s. quòd in elementis est status in ascendendo. ibi { Quoniam autem non infinitum. } Dicit ergo primo, ꝙ, si aer mutetur in aquam & in ignem, necessario aer & ignis & aqua poterunt adinuicem transmutari. Sit ergo terra T, & aqua L, aer A, ignis I: si ergo ꝙ est signum aeris mutatur in duo elementa, s. in L, & in I, hoc est in aquam & in ignem: oportet ꝙ aer habeat aliquam contrarietatem cum I igne: quia non transmutantur adinuicem nisi contraria. sit autem hæc contrarietas, gratia exempli, albedo & nigredo: ita ꝙ ignis sit corpus nigrum siccum, & aer sit corpus album siccum. Rursus etiam, quia A aer transit in L aquam, oportet esse aliam contrarietatẽ inter aerem & aquam. & sit hæc contrarietas siccitas & humiditas. siccitas significetur per literam A, & conueniat aeri. humiditas significetur per literam Y, & conueniat aquæ: ergo aer mutatur in aquam: aqua remaneat alba: quia album aeri & aquæ est contingens: erit autem aqua humida & alba. Si autem album non sit contingens vtrique, cum aer mutatur in aquam erit aqua nigra & humida, cum aer supponatur albus & siccus: oportet. n. quòd omnis mutatio sit inter contraria. In tali ergo mutatione oportet aquam esse albam vel nigram. si aer qui est prior aqua ponatur esse corpus album: quia, si communicant in mera albedine, tunc aqua est alba. si autem non, tunc est nigra. Similiter etiam cum aer mutatur in ignem, ipsi I, hoc est igni, conuenit siccitas: conueniunt enim aer & ignis in siccitate. cum ergo ignis sit siccus, & niger, & aqua humida & alba: manifestum est quòd poterunt adinuicem transmutari, cum sint contraria. ignis enim est niger & siccus, aqua humida & alba: sic ergo manifestum est, ꝙ omnia elementa adinuicem transmutantur. quia & in T, quod significat terram, sunt reliquæ duę qualitates, scilicet humidum, & nigrum: duo elementa erunt symbola, cum ipsa terra, quæ est nigra & humida. communicat, n. in nigro cum igne, & in humido cum aqua: hæc enim. s. humidum & nigrum nunquam contingunt esse cum qualitatibus aeris, & in quo sunt album & siccum: & terra cum aere non habet symbolum. Aduertendum est ꝙ istæ qualitates non sunt proprię elementorum, sed vtitur eis Arist. gratia exempli. parum. n. curauit Philosophus de exemplis. Inde dicit Commentator in. 2. de Anima. de exemplo autem non intenditur, nisi manifestatio, non verificatio. Ex omnibus istis verbis intendit hic Philosophus talem rationem. Quæcunque sunt contraria adinuicem transmutantur: sed omnia elementa siue habeant symbolum siue non, sunt contraria in ambabus vel in altera qualitate: ergo omnia elementa adinuicem transmutantur. Et hoc est contra opinionem dicentium, quædam, sed non omnia adinuicem trãsmutari, vt dictum est: quam Philosophus hic destruere intendit. Deinde cum dicit.

Notabile de exemplis. Comẽ. 67. Ratio Philosophi.

VATAB.

Sed quòd fieri nequeat in infinitum abitio (quod quidem cum essemus demonstraturi, in hoc ante incidimus) ex hisce emerget. Si enim rursum I, idest igni in aliud, ceu in M transmutetur, nec regressio fiat, aduersantia quædam ab hisce quas diximus alia, I & M inerit. nam M. nulli ipsorum T L A I esse idem supponitur. Sit itaq; K, ipsi I, & O, ipsi M. K itaque, omnibus T L A I inerit. nam ea, in sese mutuo transmutari solent. Sed hoc quidem nondum sit ostensum. illud tamen in aperto est, quòd si M in aliud rursum transmutetur, alia in M & in I contrarietas inerit atq; ita semper primis cum sequentibus aliqua inerit aduersantia. Quare si infinita sint, infinitæ quoq; erunt in vno contrarietates. Quod si hoc sit, nec finiri quicquam, nec oriri poterit. Nam si aliud ex alio fiet, tot & adhuc plures transire contrarietates oportebit. Quare in nonnulla transmutatio fiet nunquam, videlicet si intermedia infinita sint. quod profectò necessario accidet, si infinita sint elementa. Præterea, neq; ex aere in ignem transmutatio fiet, si infinitæ sint contrarietates. Fient etiam omnia vnum. nam omnes superiorum contrarietates hisce inesse quæ infra I sunt collocata, & contra, necesse est. Quare, omnia vnum erunt.

ANT. Tex. c 36.

Quoniam autem nõ in infinitum possibile est ire, quod ostensuri ad hoc prius venimus, manifestum est ex his. Si enim rursus ignis I, in aliud transmutatur, & non reuoluitur. ve. g. in P S, contrarietas igitur quædam I. & P S, alia existet præter prædictas. Nulli. n. idem supponitur T L A I, quod P S. Sit igitur ipsi I, ipsum B, ipsi vero P S ipsum M: B omnibus vtique existet T L A I. transmutantur enim inuicem. Sed hoc quidem nondum demonstratum est. Sed illud manifestum, quoniam, si rursus P S in aliud, alia erit contrarietas, & P S inerit, & igni I, & non quæ existet Y P. Similiter autem semper cum adiecto contrarietas aliqua existet eius quæ ante. Quapropter si infinita, & contrarietates infinitæ vninerunt. si autem hoc, non erit definire, neque generare. oportebit enim si erit aliud ex alio tot transire qualitates, & amplius plures. Quapropter in quadam quidem nunquam transmutatio erit, verbi gratia si infinita media, necesse infinita elementa. Amplius autem neque ex aere in ignem transmutatio si infinitæ contrarietates generatæ. Fiunt autem & omnia vnum: necesse enim existere omnes in inferioribus quidem S, quæ superiorum: his autem quæ inferiorum. quapropter omnia vnum erunt.

Ostendit quòd transmutatio elemẽtorum non procedit in infinitum. i. si. n. hoc ponatur sequuntur quatuor inconuenientia. quorum Primum est, quòd in vno elemento erũt infinitæ qualitates. si enim Ignis, quod est quartum elementum, mutetur in aliud ꝙ sit S & non reuoluatur ita, s. quòd non mutetur in ignem: cum omnis mutatio fiat inter contraria, oportet quòd inter P & S sit alia contrarietas diuersa à contrarietatibus quatuor elementorum: quia ipsum quintum elementum, quod est S non ponitur esse idem alicui quatuor elementorum; sed cum omnis contrarietas sit secundum qualitates, oportet quòd aliqua qualitas sit in igne secundum

Quod trãsmutatio elementorũ non ꝓcedit vltra quartum.

cundum quam contrariatur ipsi S: & sit qualitas illa R. Et similiter oportet q in ipso S quinto elemento sit aliqua qualitas illi contraria: & sit illa qualitas F, illa autem qualitas R non solum erit in ipso igne, sed etiam in omnibus quatuor elementis: quia omnia possunt mutari in ipsum S: omnis .n. mutatio est inter contraria. Et quodlibet inferiorum elementorum habebit tres qualitates primas. Vtrum autem ita sit elemētum nondum est demonstratum. Sed tamen manifestum est, q si rursus illud quintum mutetur in aliud. est etiam alia contrarietas inter quintum & sextum diuersa à contrarietate omnium inferiorum: & sic oportet q vna alia qualitas insit omnibus inferioribus eadem ratione. Et sic illa quatuor elementa priora habebunt quatuor qualitates primas. Et sic addito vno elementorum adderetur vna qualitas & vna contrarietas. Quapropter si est sic in corporibus simplicibus elementorum procedere F in infinitum: in vno & eodem erunt infinitę contrarietates, & infinitæ qualitates: & hoc primum est impossibile. Secundum inconueniens ponit cum dicit. { Si autem hoc. } Dicens, q si hoc est. s. q sint infinita elementa & infinitę qualitates, non erit definire nec generare, quia, si aliquod debeat mutari in aliud, oportet q infinitas qualitates pertranseat: sed, cum in infinitis infinita sint media, & infinita non sit pertransire, vt dicitur in Octauo Physicorum: sequitur quòd talia nunquam adinuicem mutabuntur. Tertium inconueniēs ponit cum dicit. { Amplius autem. } Dicens, q etiam proximum elementum non poterit mutari in sibi proximum, sicut ignis nunquam transibit in aerem, nec è conuerso: quia in quolibet istorum sunt infinitæ qualitates: quas impossibile est pertransire. Quartum inconueniēs ponit cum dicit. { Fiunt autem & omnia. } Dicens quòd omnia infinita erunt vnum: quia omnes G qualitates elementorum, quæ sunt supra, p. q est ignis conueniunt etiam inferioribus & è conuerso. quorum autem primę qualitates sunt eędem, & ipsa sunt eadem. ergo omnia infinita erunt vnum quodque de inferioribus, ita q vnum quodque erit.

Tex. c. 75.

LECTIO VII.

Sententia destruitur Empedoclis, qua elementa intransmutabilia abinuicem existimauit: & eiusdem de mouentibus principijs concluditur opinio.

VATAB. *Mirabitur porro aliquis eos, qui elementa corporum vno plura esse dicunt, ita vt in se non transmutentur, sicuti Empedocles inquit.*

ANT. Tex c. 37. *ADmiratur autem aliquis aliquos dicentes plura vno esse corporum elementa vt non transmutent inuicem, sicut Empedocles inquit.* H

Postquam Philosophus destruxit vnam falsam opinionem de transmutatione elementorum, hic destruit aliam, quæ fuit opinio Empe. qui dixit elementa nunquam adinuicem transmutari. Et circa hoc duo facit, Tex. c. 2. Primo ponit eam, secundo reprobat. ibi { Quomodo contingit eis dicere comparabilia. } Dicit ergo primo, q Em. posuit elementa esse plura corpora, non tamen adinuicem transmutantur: ita q ex aqua fiat aer, & ex aere ignis, vt in Primo manifestū est, quapropter admirabitur aliquis ipsum sic dicentem. Deinde cum dicit.

VATAB. *Quo pacto ipsi elementa esse comparabilia dicere queant. Atqui ille, adhunc modum ait. Nam æqualia sunt hæc omnia. Si igitur secundum quantitatem, idem quod* E *omnibus inesse comparabilibus, quo mensurentur, est necesse. vt si ex aquæ sextario vno, æris decem fiant, ergo idem quid vtraq; sunt, si mensurantur eodem.*

ANT. *Quomodo contingit eis dicere comparabilia esse elementa. Sed tamen dicit sic. Hæc enim æqualia esse omnia. Si ergo secundum quantum, necesse est idem aliquid esse existens in omnibus comparabilibus, quo mensurantur. v. g. si ex aquæ pugillo erant pugilli aeris decem, idem aliquid igitur erant ambo, si mensurantur eodem.*

Reprobat opinionem prædictam: & primo per Empedo. secundo deducendo ad quandam aliam inconuenientiam, quæ sequitur ad ipsam. ibi { Sed neq; augumentatio. } Circa primum sciendum est, q Emp. licet Tex. c. 38. poneret elementa esse intransmutabilia, posuit tamen ipsa esse adinuicem comparabilia. Ex hoc ergo sumit rationem Arist. contra eum, & est ratio talis. Quæcunque sunt transmutabilia, sunt comparabilia: sed elemen Rō Philosophi. ta sunt comparabilia secundum Empe. ergo sunt transmutabilia. Potest etiam aliter formari. & sic. Si elementa sunt intransmutabilia non sunt comparabilia: sed consequens est falsum, secundum Em. qui dicit ea esse comparabilia: dicebat .n. ea esse æqualia. ergo & antecedens est falsum, s. ipsa esse intransmutabilia. Circa rationem istam sic procedit. Primo ponit eam per modum quæstionis, dicens, q, si elementa sunt intrāsmutabilia, quo modo contingit q sint comparabilia. q. diceret, nullo modo. Sed tamen Empe. dicit sic, s. q sunt comparabilia. dicit .n. ea esse æqualia. Secundo ibi. { Si ergo secundum quantum. } Probat primam propositionem, s. q, si sunt comparabilia, sunt transmutabilia. Et quia comparatio est duplex, s. secundum quantitatem, & secundum virtutem. Primo probat eam, si sunt comparabilia secundum quantitatem, secundo si sunt comparabilia secundum virtutem. ibi { Si autem non sint. } Dicit ergo primo, q, si elementa comparentur secundum quantitatem, vt si ex vno pugillo aquæ fiant decem pugilli aeris necessario oportet q vnum aliquid sit in eis, in quo conueniunt, & in quo mensurantur. In omnibus enim comparabilibus est vnum aliquid quo mensuratur: & hoc est illud, in quo comparātur. cum autem ex tanta aqua, puta ex vno pugillo aquæ, fiant decē pugilli aeris, oportet vnam esse materiam, quæ sit minoris & maioris quantitatis sub forma aquæ & aeris. sed quæcunq; cōicant in materia transmutantur adinuicem: ergo elementa sunt transmutabilia. Deinde cum dicit.

Sin vero non hoc pacto secundum quantitatem, vt è quanto quantum, sed quantum possint, velut si aquæ sextarius æque frigefacere atque aeris decem possit, atq; ita secundum quantitatem, non quatenus quantitas est, sed quatenus possunt aliquid comparabilia sunt, fiet sanè vt etiam non quantitatis mensura secundum potentias atq; vires, sed proportione comparentur. verbi causa vt hoc calidum hoc album. Sed vt hoc, in qualitate quidem similitudinem significat, in quantitate vero æqualitatem. Videtur itaq; esse absurdum, si corpora illa quæ transmutari nequeunt proportione comparabilia non sint, sed potentiarum mensura, & eo quod tantum ignis, æquale vel simile calidum sit atque aeris multo plus. Idem namque cum maius est, ex eo quia vnius est generis, hanc habebit rationem. VATAB.

Si autem non sint secundum quantitatem comparabilia, vt quantum ex quanto, sed quantum possunt. v. g. si pugillus aquæ æqualiter potest infrigidare & decem aeris: & sic non secundum id quod quantum comparabilia ANT.

sed

sed secundum id quod possunt aliquid: Erit ergo & non quanti mensura comparare, & potentias, sed secundum proportiones. ver. g. vt hoc calidum, hoc autem album. Hoc autem, vt hoc. significat in quali quidem simile, in quanto autem æquale Inconueniens ergo videbitur si corpora immutabilia existentia, non proportione comparabilia, sed mensura potentiarum, & eius quòd est esse æquale calidum aut simile, ignis tantum, & aeris multiplex. Idem enim plus, quia homogeneos, talem habebit rationem.

Probat eam dato q elementa comparentur adinuicem secundum contrarietatem & virtutem dicens. Quod si non sic comparantur adinuicem elementa, s. secundum quantitatem, vt quantum fiat ex quanto, sed comparentur secundum quantitatem potentiæ vel virtutis, v.g. si ponatur aer esse frigidus, & quæratur, vtrũ tantum potest infrigidare vnus pugillus aquæ, quan- B tum possint infrigidare decem pugilli aeris. Tunc fiat comparatio secundum quantum virtutis, vt quantum possunt, & non secundum quantitatem dimensionis. Hæc autem comparatio potest fieri dupliciter, s. secundum similitudinem, & secundum proportionem. Dico autem comparationem fieri secundum similitudinem. quando fit in vna qualitate, quæ est in diuersis subiectis. quia similitudo est rerum diuersarum eadem qualitas. Secundum proportionem autem dicitur fieri, quãdo fit in oppositis siue diuersis qualitatibus, in vna habitudine se habentibus ad duo subiecta vel plura. Si ergo fiat comparatio secundum qualitatem, tunc contingit comparare non quantitatis quidem mensuram, sed potius mensuram, quę est secundum potentias similium qualitatum, & secundum proportionem diuersarum qualitatum, v.g. sicut hoc est calidum, ita hoc est C album. cum autem hoc dicimus, hoc vt hoc, significamus in qualitate quidem simile, & in quantitate æquale. Si igitur fiat comparatio elementorum, non secundum proportionem sed secundum mensuram potentiarum, quæ est comparatio in qualitate, sicut in calido aut simili, inconueniens est si hæc ponantur immutabilia elementa, verbi gratia, si dicatur quantũ est calidus ignis, tantum est calidus aer: quia idem plus calidum, cum sit homogeneos, i. vnius generis, est minus calido, secundum q ea quæ habent eandem materiam dicuntur esse vnius generis. & habent se sicut materia ad subiectum, & habebit rationem talem. sicut comparabile in quanto, quæ est ratio vniuoca: ergo & materia est vna: quorum autem materia est vna, sunt adinuicem transmutabilia. Falsum est ergo quod dicit Emp. q elementa non transmutantur adinuicem. Si quis ergo diligenter aduertat, tota virtus istorum verborum est in D hoc: q ea quæ comparantur siue primo modo, siue secundo, habent eandem materiã, & talia necessario sunt mutabilia: vt dictum est. Sed videtur q istud quod dicit Philosophus sit falsum. Constat. n. q quantitas terræ & aliorum elementorum est comparabilis quantitati stellarum: & tamen non est eadem materia vtrorumque, vt dicitur in. 12. Meta. Præterea dubitatur de alio. non. n. omnia comparabilia adinuicem secundum potentiam vel virtutem cõmunicant in materia. Ignis. n. & Sol, sunt comparabiles in calefactione secũdum magis & minus: & tamen non communicant in materia, vt dictum est. Ad primum ergo dicendum est secundum quosdã, q non loquitur hic Philosophus de quantitate secundum extensionem, sed de quantitate secun-

Cõparatio sm similitudinem & secundum proportionẽ.

Vis rationis Philosophi

Dubiũ primum.

Dubium secundum.

Solũ primi sm quosdam.

A dum substantiam: & hæc significat cum dixit, decem pugillos aeris esse æquales vni pugillo aquæ. sunt enim æquales in materia: quia tantũ ibi est de materia quantum hic. vnde, cum communicent in materia, necessario adinuicem transmutantur. talis autem comparatio non est inter elementa & cœlestia corpora. Vel dicendum q hæc comparatio est secundum rarum & densum. Nam per hoc variata materia, elementa ad seinuicem transmutantur. & vocatur hæc comparatio secundum quantitatem: quia rarum & densum non addunt super partes materiæ qualitatem, quæ essentialiter sit qualitas, sed potius situm in partibus materię, ad distensionem per maiorem & minorem quantitatem. Ad secundum vero dicendum, q intelligit Philosophus de his, quæ comparantur secundum qualitatem, vel virtutem vniuoce acceptam in vtroque. talis autem non est B virtus calefactiua Solis & ignis: & ideo cessat obiecto.

Solutio propria.

Solutio secunda.

Deinde cum dicit.

VATAB.

At vero neq; accretio fuerit secundum Empedoclem, præterquam quę additione fit. nam igni ignem augeri censet. inquit. n. auget terra quidem proprium genus, ætheraq; æther. hæc autem adijciuntur apponunturq;. At ea quæ incrementa suscipiunt, non ad hunc modum augeri videntur. Longe autem difficilius fuerit eidem de generatione, quę natura fit, rationem assignasse. Nam omnia, quæ natura gignuntur, aut semper sic aut plærunq; fiunt. Quæ vero non semper aut plærunq; fiunt, à casu & fortuna fieri assolent Quænam igitur causa est, vt ex homine homo aut semper aut plærunque, & è tritico triticum, sed non oliua oriatur? An si ita componatur os. non n. vtcunq;, quemadmodum inquit ille, sed ratione quadam coeuntibus fit aliquid. Quænam igitur horum causa est? non. n. ignis vel terra causa existit. At vero, neq; concor- C dia aut discordia. etenim hęc segregationis, illa vero congregationis solum causa est. Hoc autem est, cuiusq; essentia, sed non mistio, mistorumq; prius diuulsio solum, quemadmodum inquit ille. In hisce nanque, fortuna nominari solet, non ratio fieri enim potest, vt aliqua vt contingit ac temere misceantur. Itaq; sic sese habere, eorum quæ natura constant, causa existit. atq; cuiusque natura hæc est, de qua nihil meminit. Nihil ergo de natura dicit. At vero hoc ipsum bonum existit. Porro, ille solam mistionem collaudat. Atqui discordia haud quaquam secernit elementa ipsa, quæ natura Deo priora sunt, sed concordia. dij autem & hæc quoque sunt.

ANT.

Tex. c. 38.

Sed neq; augmentatio vtiq; erit secundum Empedoclem, nisi secundum adiectionem Igne autem augetur ignis: auget. n. terra proprium genus, æther autem æthera. Hæc autem adijciuntur. videntur autem non sic au- D geri quæ augentur. Multum autem difficilius est eidem tradere de generatione secundum naturam. Quæ n. generantur secundum naturam aut semper, aut vt multum. Ea autem, quæ pręter semper & multum, ab euentu & fortuna. Quę igitur causa, vt ab homine homo, aut semper, aut vt multum & ex frumento frumentum, sed non oliua nascatur? Aut si ita componatur os. non. n. vt contingit conuenientibus nihil generatur quemadmodum ille inquit, sed ratione aliqua. Quæ igitur horum causa? non enim ignis aut terra Sed tamen neque amicitia neque lis. congregationis. n. solum illa, hęc autem segregationis causa est. Hęc autem est substantia vniuscuiusque sed non solum & mistio & separatio mistorum, quemadmodum ille inquit. fortuna enim in his nominatur, sed non ratio. est. n. misceri vt contingit. Natura igitur entium causa est, ita

Tex. c. 39.

Quæ generantur sm naturam.

Quæ ab euentu & fortuna Secũdo Physi. 48.

Tex. c. 40.

Tex. c. 41.

Natura q̃ forma è bo

nũ & optimũ vniuſcuiuſq; rei.

eſt ita ſe habere, & vniuſcuiuſque natura hęc de qua nihil dicit. Nihil igitur de natura dicit. ſed tamen & bonum eſt hoc, & optimum. hic autem miſtionem ſolum laudat: etenim & elementa ſegregat non lis, ſed amicitia, quæ natura Deo priora. Dij autem & hæc.

Deus .i. cœlũ idẽ S. 1. 2. cœli ſup tex. 2.

Reprobat prædictam opinionem deducẽdo ad alia inconuenientia & ſunt duo. Primum eſt ꝙ hæc opinio tollit augmentum. hoc ſic oſtẽdit. quia, ſi elementa non transmutantur, tunc oportet ꝙ vnum addatur alteri, ſicut lapis lapidi. hoc autem eſt quædam accumulatio, & non eſt augmentũ, neq; ſecundum eos neq; ſecundum nos: quia oportet ꝙ id, per quod augmentum fit, transmutetur in augmentatum. neq; etiam ſ'm eum, qui dixit, ꝙ illud, quod augetur, augetur ſolum à ſuo ſimili, ſ. ignis augetur igne, & vnumquodq; quod augetur, augetur per aliquod ſui generis, ſicut æther augetur æthere. talis autem congregatio eſt eorundem manentium in forma. res autem non ſic videntur augeri, vt ſupra in primo oſtenſum eſt. Secundum inconueniens ponit. ibi { Multum autem difficilius. } Et eſt ꝙ hæc opinio tollit generationem, dicens, ꝙ multum eſt difficilius tradere aliquid de generatione ſecũdum naturam, ſi elementa non transmutantur adinuicem. Cum .n. ea quæ generantur ſecundum naturam generẽtur eodem modo ſemper, aut frequenter. ea autem, quæ præter, multum & ſemper fiunt & raro, fiunt ab euentu & fortuna. Et non poteſt reddi cauſa, quare ſemper ex homine generetur, homo, & quare ſemper ex frumento generetur frumentum & non oliua. ſemper .n. generatum eſt in forma generantis niſi peccatum naturæ propter defectum fiat. Si autem ſit, vt dicit Empedocles, ſ. ꝙ elementa non ſint transmutabilia, æqualiter poteſt generari ex homine aſinus, & homo: quia vtrunq; eorum non eſt niſi congregatio elementorum: & homo generans non habens formam, non inducit formam in generato, nec conuenit eum eo in formam. aut ſi os & caro ita componantur, ſ. per quandam accumulationem elementorum conuenientium, ſicut ille dicit, tunc nihil generatur, ſed in his quę generantur eſt ſolum ratio vel relatio aliqua, non quidem relatio miſtorum, ſed compoſitorum. Quæ igitur eſt cauſa iſtorum ꝙ ex homine generetur homo ſemper aut frequenter, & ſimiliter ex frumento frumentum, & non oliua. Iſtorum .n. cauſa non poteſt eſſe ignis aut terra: quia iſta ſunt contraria in qualibet compoſitione. ſimiliter nec lis, nec amicitia, quę Empedocles poſuit eſſe duo principia mobilia, poſſunt eſſe cauſa horum. amicitia .n. non eſt cauſa niſi congregationis, lis autem ſolum eſt cauſa ſegregationis: ſed neceſſarium horum eſt forma rei, quæ facit hominem eſſe hominem, & carnem eſſe carnem. forma autem eſt ſubſtantia vniuſcuiuſque: & ideo non ſolum in re eſt miſtio, i. compoſitio congregatorum, & ſeparatio eorum, ſicut dicit Empedocles, ſed etiam eſt forma. In tali ergo congregatione & ſegregatione narratur ab Empedocle fortuna, & non ratio, quę eſt ſumpta à forma. Dicit .n. quòd miſtio fit vt contingit, i. à caſu, & fortuna, cum tamen natura, quæ eſt forma, ſit cauſa entium: quare ita ſe habet, ꝙ ab homine ſemper vel frequenter generatur homo. Sed de hac forma vel natura nihil dicit Empedoc. cum tamen ipſa natura, quæ dicitur forma, ſit bonum & optimum vniuſcuiuſq; rei. bonum quidem in ſe, & optimum in ordine vniuerſi. Laudat autem Empe. ſolum miſtionem, quæ in rei veritate non eſt miſtio, ſed ſolum quædam compoſitio. Quia quòd elementa ſegregantur à compoſito, in quo ſunt ſaluata, hoc non facit lis, ſed amicitia: quæ vult ea congregare ad homogenea. Et hæc elementa dicit Empe. eſſe priora Deo, i. cœlo: quia etiam cœlum dicebat ex elementis componi. Deinde cum dicit.

Cœlũ ẽ ex elementis cõpoſitũ ſ'm Empe.

VATAB.

Præterea, de motu ſimpliciter dicit. non .n. ſatis eſt dicere concordiam & diſcordiam mouere, niſi hæc concordiæ ratio ſit, motu, inquam, tali ciere, & diſcordiæ tali. Igitur aut definiuiſſe aut ſuppoſuiſſe, aut exacte vel molliter vel alio quolibet modo demonſtraſſe, oportebat. Inſuper cum vi & præter naturam moueri corpora videantur: per naturam quoque mouentur, vt ignis ad ſuperum quidem locum non vi, ſed ad inferum vi fertur. Vi autem, & natura contraria ſunt. Contingit autem vi moueri: ergo & natura quoque motu cieri contingit. concordia igitur illo motu mouet, aut non mouet. nam terram deorſum ferri concordiæ contrarium eſt, & ſegregationi ſimile exiſtit, potiuſque diſcordia naturalis motus cauſa eſt, quàm concordia. vnde fit, vt omnino concordia potius præter naturam exiſtat. Simpliciter autem, niſi concordia aut lis moueat, ipſorum corporum nullus motus ſtatuſue eſt. At hoc abſurdum eſt. Ad hęc, videmus corpora motu cieri. Nam diſcordia ſegregauit, Aether autem in ſublime ſubuectus non à diſcordia fuit. Sed interdum, illum velut à fortuna ſublatum aſſerit. ſic dicens. Nam plerunq; aliter, ſed tum ſic forte cucurrit. Interdum ignem ſurſum ferri aptiſſimum eſſe. inquit enim.

Aſt æther, longis ſub humum radicibus ibat. Et inſuper. ipſum quoq; mundum ſimiliter nunc tempore diſcordiæ, vt prius tempore concordiæ habere dicit. Quid igitur, mouens primum motioniſque cauſa exiſtit? non enim diſcordia & concordia. verum hæc alicuius motus cauſa ſunt. Quod ſi ſint, illa principium erit.

ANT.

Tex. c. 42.

Amplius autem de motu dicit ſimpliciter. non .n. ſufficit dicere quoniam amicitia & lis mouent, niſi hoc erat amicitiæ eſſe quòd motu tali, liti autem quòd tali. Oportebat igitur aut determinare, aut ſupponere, aut demonſtrare, aut certe, aut molliter, aut aliter qualiter. Amplius autem quoniam videntur & vi & præter naturam moueri corpora, & ſecundum naturam, v. g. ignis quidem ſuperius non vi, inferius autem vi. vi autem, ei, quod ſecundum naturam, contrarium. eſt autem quod vi: eſt igitur & ſecundum naturam moueri. Hunc igitur motum eſt, vt amicitia an non. contrarium .n. terra ſuperius, & ſegregationi aſſimilatur: & magis lis eſt cauſa eius, qui ſecundum naturam motus, quàm amicitia. quapropter & vniuerſaliter præter naturam amicitia erit magis. Simpliciter autem niſi amicitia vel lis moueat, eorum corporum nullus motus eſt, neq; mora. ſed inconueniens. Amplius autem & videntur mota: ſegregat enim quidem lis, ductus eſt autem ſuperius æther non à lite, ſed quandoque, inquit, vt à fortuna. Sic enim conſtituit currens tunc: multotiens autem aliter. quandoque quidem inquit innatum eſſe ignem ſuperius agi, æther autem ingrediebatur terrę profundas radices. Similiter autem & mundum ſic habere, inquit, in lite nunc, & prius in amicitia. Quid igitur eſt quod mouet primum & cauſa motus? non n. amicitia & lis, ſed cuiuſdam motus hæc cauſæ ſunt. ſi vtique eſt, illud principium.

Tex. c. 43.

Vi ei quod eſt ſ'm naturam contrarium.

Tex. c. 44.

Hic deſtruit opinionem Emp. de principijs mouentibus per tres rationes. quarum primam ponit dicens, ꝙ Empe. locutus fuit inſufficienter de motu. Non .n. ſufficit ſimpliciter dicere ꝙ amicitia & lis ſunt principia mouentia, niſi forte, ſic ipſius amicitiæ, i. de natura qua

habet vt causet, i. motum talem: sed quia hæc non est A certa, oportebat ꝙ hoc determinaret aut certitudinaliter per causam propriam, aut molliter, sicut per causam non conuertibilem, siue remotam: aut aliter qualiter, sicut per probabiles rationes, vel per inductiones, vel exemplum: sed Empe. nihil horum facit. & ideo simpliciter & insufficienter dixit. Secūda rō. Secundam rationem ponit. ibi { Amplius autem quoniam. } Et est talis. corpora naturalia mouentur violenter & præter naturam, & mouentur secundum naturam. v.g. ignis mouetur sursum non violentia, sed natura, deorsum aūt violenter. quod autem est violenter est contrarium ei quod est secundum naturam. videmus. n. corpora moueri per violentiam: ergo mouentur secundum naturam. contraria. n. habent fieri circa idem. Quæramus. n. ab Em. vtrum motus amicitiæ sit naturalis vel violentus: terram. n. moueri superius, sicut & ignem inferius, est contra naturam. B hoc autem quod est contra naturam assimilatur cuidam segregationi. Cōtra tamen sic Elementa congregentur: quia nisi ignis descendat & terra ascendat non congregabuntur elementa, cum ergo congregare sit effectus amicitiæ secundum Empe. motus amicitiæ est violentus & segregationi similis, & lis magis est causa motus naturalis quàm amicitia: quod est impossibile secundum eum. & ideo impossibile est ponere amicitiam & litem esse principia mouentia. Si autem hæc non sunt principia mouētia, cum non sint alia principia secundum Em. nullus est motus naturalium corporum, nec aliqua quies, habitus enim & priuatio habent fieri circa idem: hoc autem est manifeste falsum. Tertiam rationem ponit. ibi { Amplius autem. } Per quam ostendit Philosophus ꝙ, Empe. sibijpsi contradicit, & peccat etiam, dicens naturalia fieri à casu & à fortuna. contradicit autem sibijpsi in hoc, ꝙ, cum po C nere tantum duo principia mouentia, s. litem & amicitiam, posuit tamen quidem motum esse à casu & à fortuna: vnde dicendo esse tantum duo principia mouentia dicit ea esse causam omnis motus. dicēdo autem aliquem motum esse à casu & à fortuna, dicit illa principia non esse causam omnis motus. dicit. n. ꝙ, quando aliquod compositum corrumpitur, tunc segregantur elementa, quæ erant in eo per litem, & mouetur ignis sursum vt à lite, sed quandoq; à fortuna: quia sic casus constituit tunc cursum ignis siue ætheris. æthera. n. dicebat Empe. esse ex igne claro. non autem semper sursum mouetur æther, sed multotiens aliter: quia dixit aliquando à fortuna, sicut dictum est, ignem ferri sursum, aliquando autem ingrediebatur ad radices, i. ad cauernas terræ, sicut apparet in montibus ardentibus. In hoc ergo peccat Em. ꝙ naturam casui & fortunæ subiacere dicebat. D Simul autem cum dictis impossibile dicit, ꝙ mundus similiter se habet nunc in tempore litis, quando de confuso & permisto egressa sunt omnia, sicut prius se habuit in amicitia: quia sicut ignis quandoq; à fortuna ascendit, & quandoq; descendit, ita fecit in confuso, per casum. n. tunc ascendit, & per casum descendit. cum autem casus & fortuna sint causæ per accidens, reducuntur ad per se. quid est ergo quod primo per se mouet & per se est causa motus. oportet. n. causam per se esse prius quàm causam per accidens. Amicitia enim & lis non est causa motus simpliciter, sed solum cuiusdam motus, s. congregationis & segregationis: si tamen est ita sicut dicit Empe. ꝙ amicitia vel lis est prius mouens. Deinde cum dicit.

A *Porro absurdum est animam ex elementis constare, aut elementorum vnum aliquod esse. Quemodo enim animæ alterationes, seu musicum esse, & rursum non musicum, aut memoria aut obliuio, erunt? Perspicuum enim est, quòd, si anima ignis sit eadem illi, quæ igni vt ignis est, affectiones competent. Si vero ex elementorum mistura constet, corporeæ: at harum nulla corporea existit. Verum de hisce considerare, alterius contemplationis est officium.* VATAB.

Inconueniens autem est si & anima ex elementis, aut vnum aliquod eorum. Alterationes enim animæ quomodo erunt, verbi gratia, musicum esse, & rursus non musicum, aut memoria, aut & obliuio? Palam autem quoniam siquidem ignis anima, passiones inerunt ei quæcunque ignis, secundum quòd ignis. Si autem miscibile, corporalis. harum autem nulla corporalis. Sed de his alterius opus est contemplationis. ANT. T. c. 45.

B Reprobat opinionem Empe. in hoc ꝙ dicebat animam componi ex elementis per duas rationes. quarum primam ponit dicens. Quod inconueniens est dicere quòd anima sit ex elementis omnibus, vel ex aliquibus vel ex aliquo eorum. quia, si anima esset elementum aliquod, puta ignis, vt quidam dixerunt, vel esset ex elementis, vt dixerunt alij: tunc alterationes animæ quomodo erunt, i. quomodo posset alterari anima proprijs alterationibus? quasi dicat, nullo modo. Verbi gratia. si anima est elementum, vel ex elemētis, quomodo anima habebit habitum Musicæ. & rursus, quomodo mutabitur de Musica in priuationem Musicæ, ita ꝙ sit sine Musica: nec etiam poterit immutari de memoria in obliuionē, vel è conuerso, sed potius si anima est ignis, quæcunque sunt passiones, secundum ꝙ ignis, inerunt animę: quod est impossibile. Secundam rationem po- T. c. 85. C nit ibi. { Si autem miscibile. } Quæ talis est. Si non sunt miscibilia nisi corpora, vt in Primo dictum est: & animarum nulla est corporalis: constat ꝙ anima non est elementum, nec mista ex elementis. Sed de his determinare est opus alterius contemplationis: quia pertinet ad Librum de Anima.

LECTIO. VIII.

Mistorum ex elementis generatio tum ex antiquis, tum ex Philosophi sententia perquiritur: hinc omnia in vnoquoque mista esse elementa probatur.

De ipsis autem elementis, ex quibus corpora constant ijs quidem, qui commune quid esse, aut ea inter se transmutari putant, si ex hisce alterum, & alterum quoque contingat, est necesse. Qui vero generationem mutuam non VATAB. D *faciunt, nec è singulis singula, sed velut è muro lateres gigni volunt, absurdum quid dicunt. Nam qui carnes, & ossa, & cæterorum quoduis ex illis erunt? Quod autem dicitur dubitationem habet, etiam apud eos, qui generationem mutuam astruunt, quonam pacto ex ipsis diuersum quid ab eis oriatur. Verbi causa, ex igni aqua fit, & ex aqua ignis. nam subiectum commune quid existit. sed & caro atque medulla ex eis fiunt. at hæc, quomodo? Etenim illis qui perinde, vt Empedocles dicunt, quisnam erit modus? nam compositionem esse quomodo è lateribus atque lapidibus fit murus, necesse est. & hæc mistura ac congeries, ex conseruatis quidem, sed secundum exiguas portiones iuxta sese compositis erit elementis. ad hunc itaque modum, caro & cæterorum quodque fiet. Accidit autem vt non ex qualibet carnis parte*

ignis & aqua gignantur, (sicuti ex cera ex hac parte pila, ex aliqua alia meta fieri potest) sed ex vtraque vtrunque fieri queat. Hæc itaque hoc gignuntur modo ex carne, ex quauis parte vtrunque. At hisce, qui illo modo dicunt, ex quauis vtrunq; gigni non potest, sed perinde sit vt è muro lapis & later, ex alio loco ac parte vtrunque.

Pari modo & hisce, qui ipsorum materiam vnam faciunt, dubitatio quædam obrepit, qualiter ex ambobus, calido, inquam, & frigido, aut igni & terra, quippiam erit. Nam si caro ex ambobus sit, & neutrum illorum nec rursus seruatorum compositio, quid restat id esse preterquam materiam, quod ex illis constat? nam corruptio alterius, aut alterum facit, aut materiam.

ANT.
T. c. 46.
De generatione compositorum ex elementis.

Et elementis autem, ex quibus corpora constituta sunt, quibuscunq; quidem videtur esse aliquid commune, aut transmutari inuicem, necesse si alterum horum contingit, & alterum contingere. Quicunque.n. non faciunt ex inuicem generationem, neq; ex vnoquoq;, nisi sicut ex pariete lateres, inconueniens. quomodo.n. ex illis erunt carnes & ossa & aliorum vnumquodque. Habet autem quod dicitur quæstionem & ex alterutris generantibus, quomodo generatur ex eis aliud aliquid præter hoc. Dico autem. v. g. ex igne est aqua, & ex hac generari ignem. est.n. aliquid commune subiectum. atque & caro ex eis generatur & medulla. verum hæc quomodo generantur? Illis quidem.n. qui dicunt, vt Empe. quis erit modus? necesse enim est compositionem esse, sicut ex lapidibus & lateribus paries. Mistura vtique hæc saluatis vtiq; erit elementis, secundum parua autem adinuicem compositis.

T. c. 47.

ita vtiq; caro & aliorum vnumquodque. Contingit itaque non ex quacunque parte carnis generari ignem & aquam (quemadmodum ex cera generatur vtiq; ex hac quidem parte sphæra, pyramis autem ex aliqua alia) sed contingebat ex alterutro alterutrum generari. Hæc quidem igitur hoc generantur modo ex carne, ex qualibet ambo. Eis autem qui illo modo dicunt, non contingit, sed vt ex pariete lapis & lateres, vtrunque ex alio loco & parte.

T. c. 48.

Similiter autem & facientibus vnam eorum materiam habet aliquam quæstionem quomodo erit aliquid ex ambobus, ver. gra. ex calido & frigido, aut ex igne & aqua. Si.n. est caro ex ambobus, & neutrum eorum, neque rursus compositio saluatorum, quid relinquitur, nisi materiam esse quod ex illis. Alterius enim corruptio, aut alterum facit, aut materiam.

Postquam Philosophus determinauit de generatione elementorum, hic determinat de generatione compositorum ex elementis. Et circa hoc duo facit. Primo determinat de generatione compositorum ex elementis, secundo ostendit q; ad generationem mistionis elementa concurrunt in omnia mista corpora. ibi {Omnia.n. mista.}

T. c. 49.

Circa primum duo facit. Primo arguit ad ostendendum q; non possit esse verus modus generationis mistorum, secundo determinat veritatem. ibi {Quapropter quando.}

T. c. 48, medium.

Circa primum consyderandum est q; sicut supra patuit. duplex est opinio de elementis. quædam est vera, s. q; elementa, ex quibus sunt corpora constituta, habent aliquid commune, quod est vna materia. similiter necesse est dicere, q;, si elementa transmutantur adinuicem, necesse est q; habeant vnam communem materiam. quę dicitur vna ab vnitate potentiæ quæ est in ea, & est potētia ad formam, cum semper habeat potentiam ad omnes formas elemētorum, & necesse est ipsam compleri per successionem motus in omnes formas: & sic necesse est q; de vna forma ad

Quō materia elementorum dicatur vna.

E aliam transmutetur. & hanc opinionem primo ponit. Secunda opinio fuit Empe. qui dixit elementa esse intransmutabilia, & hanc innuit. ibi {Quicunq; enim.} Et diuiditur in quatuor partes. in prima ostendit q; secundum opinionem Empedoclis non potest dari verus modus generationis mistorum. Dicit.n. q; quidam sunt, qui dicunt elementa non adinuicem generari. illi etiam non dicunt q; vnumquodq; elementum fiat ex qualibet parte corporis misti, sed dicunt, q; elementa fiunt ex corpore, sicut lapides & lateres ex pariete. sed hoc est inconueniens. non.n. possunt dicere quomodo ex elementis sic compositis non vere mistis, sint carnes & ossa, & vnumquodq; aliorum corporum mistorum. si.n. componantur & congregentur elementa in vnum remanentibus formis & operibus suis, sic ignis in vna parte compositi erit adurēs, & aqua fluens, terra incon-

Declaratio

F tinua, aer expirans. similiter ignis non ligatus euolabit sursum, terra autem descēdet deorsum, & sic nunquam constabit vt faciat ossa & carnes, & huiusmodi. Secundo ibi {Habet aūt quod dicitur quæstionem.} Ostendit q; etiam secundum ipsam opinionem est dubium. quomodo ex elementis generentur composita, dicens, q; licet prima opinio sit vera, quæ dicit elementa in alterutrum transmutari: tamen secundum ipsam est dubium, quomodo ex elementis potest generari aliquid prçter ipsa. elementa.n. adinuicē generantur, sicut aqua ex igne, & ex aqua ignis, & similiter est de alijs. & hoc ideo, quia habent vnum commune subiectum, vt dictum est: sed etiam ex eis generatur caro, & medulla, & alia mista corpora: sed quomodo fiat horum generatio adhuc est dubium. Tertium ibi. Illis quidem.n.} Redit iterum super secundam quæstionem, vt melius ostendat quō ex ipsa non potest dari verus modus ge-

G nerationis, dicens, q; illi, qui dicunt, s. elementa esse intransmutabilia, sicut Emp. dicit, non possunt assignare modum quomodo corpora mista componantur ex elementis. Necesse est.n. secundum eos, q; compositio elementorum sit quædam mistura talis qualis est mistura lapidis in pariete. Dicunt.n. q; elementa saluantur in misto secundum formas substantiales, & actus suos, & talis compositio est s̄m partes minimas: quod est inconueniens. Quia, quod vni est mistum, puta male videnti, qui non discernit inter partem & partem, alteri, s. bene videnti videbitur non esse mistum, & sic idem esset mistum & nō mistum. Adhuc etiam sequitur aliud inconueniens: quia secundum istos non ex quacunq; parte carnis generabitur quodlibet elementum, sed ex vna parte vnum, & ex alia parte aliud: sicut si ex vna parte ceræ fiat sphæra, ex alia parte fiat figura pyramidalis.

Ex lib. primo. t. c. 86.

H hoc autem patet esse falsum per ea quæ dicta sunt supra capitulo de mistione. Sed sicut in vnaquaq; parte ceræ potest quælibet figura formari, ita ex qualibet parte misti per resolutionem potest quodlibet elementum generari. Hæc ergo ambo, elementa, s. ignis, & terra, & etiam alia, generantur ex qualibet carne, i. ex qualibet parte carnis. Sed illi, qui dicunt sicut Emped. s. elementa esse intransmutabilia, non possunt hoc dicere: sed sicut ex diuersis partibus & locis ipsius parietis tolluntur diuersi lapides, ita ex diuersis partibus & locis ipsius misti diuersa elementa oportet eos dicere generari, ita q; ignis ab vno loco & parte, & aer ex alia. Quarto ibi. {Similiter autem & facientibus.} Opponit contra ipsam opinionem dicens, q; etiam ponentibus elementa habere vnam materiā & esse transmutabilia, sequuntur inconue-

In prīo lib. a. tex. com. 82. &c.

inconuenientia, si dicatur aliquid generari ex elementis. habet.n. quæstionem & dubium, quõ generabitur aliquid ex ambobus: sicut ex calido & frigido, aut igne & aqua. si.n. caro est ex ambobus, & neutrum eorum est ipsa caro, nec etiam saluantur ipsa elementa, quia aliter non esset mistio, & nihil relinquitur nisi materia: quod est impossibile. Si autem remaneat alterum, & alterum corrumpatur, tunc est corruptio vnius & generatio alterius: qa corrupto vno aut generatur alterum, aut remanet pura materia. Quomodo ergo fiat ex eis generatio dubium est. Deinde cum dicit.

VATAB. *Igitur postquam calidum & frigidum intensionem remissionemq; suscipiunt, cum simpliciter alterum actu fuerit, tunc alterum erit potentia: cum vero non prorsus, sed frigidum, vt calidum, & calidum, vt frigidum fuerit, propterea quòd quę miscentur suas exuperantias uicissim corrumpunt, tunc neq; materia erit, neque illorum contrariorum vtrunque, sed intermedium actu simpliciter erit. Porro quò potentia magis calidum est quam frigidum, aut contra, hoc duplo, aut triplo, aut alio id genus modo magis calidum potentia quam frigidum existit. Alia itaque mista ex contrarijs erunt, aut elementis. & elementa, ex illis quodammodo potentia existentibus, non tamen sic vt materia, sed dicto modo. Atq; hoc quidem pacto mistio, illo vero materia, id quod gignitur, existit.*

ANT. *Quapropter & quoniam est & magis & minus calidum & frigidum quandoquidem fuerit simpliciter alterum actu, potentia alterum erit: Quando autem non omnino, sed vt quidem ens calidum frigidum vt autem frigidum calidum, quia quæ miscentur corrumpunt intentiones adinuicem, tunc neq; materia erit, neq; illorum contrariorum alterutrum actu simpliciter, sed medium. Secundum id vero quod est potentia magis calidum, quàm frigidum, vel contrarie alterutrum secundum hanc rationem, & ratione dupliciter calidum potentia quàm frigidum, vel tripliciter, vel secundum alium talem modum. Erunt vtiq; mista alia ex contrarijs, aut ex elementis: Et alia elementa ex illis potentia aliquo modo existentibus, non ita vero vt materia, sed secundum prædictum modum. Et erit ita quidem mistio, illo vero modo materia secundum quòd generatur.*

Quæ miscētur corrūpunt intentiones adinuicem.

Determinat veritatem: & circa hoc duo facit. Primo ostendit modum generationis in vniuersali, secundo magis in speciali contrahendo ipsum ad mistionem elementorum in constitutione cõpositi. ibi { Qm̃ autem patiũtur. Primo ergo relicta prima opinione tanq̃ falsa & impossibili, & supposita prima, ponit verum modum gñationis corporum mistorum. Ad cuius euidentiam præmittit duo. Quorum primum est, q; differentiæ elementorum sunt contrariæ, s. calidum, & frigidum, & huiusmodi: & suscipiũt magis & minus. Secundum est, q; , qñ alterum elementum fuerit simpliciter actu, & alterum simpl'r in potentia fuerit, tunc non potest esse mistio. qñ vero vnum non est omnino actu, nec per excessum prædominatur alteri elemento, tunc generabitur quoddam medium, quod nec est simpliciter calidum, nec simpliciter frigidum, sed quodammodo naturam participans vtriusq;. Et hoc iden, quia, qñ elemẽta miscentur, intentiones siue formæ corrumpuntur, & remanent in virtute: & tunc illud medium generatum non est sic in potentia, sicut materia, nec simpliciter alterum elemẽtorum, sed medium inter ea. quod quidem medium diuersificatur, s'm q; diuersificantur virtutes miscibilium. si.n. potentia ignis excedet virtutem aquæ, medium gñatum est magis calidum q̃ frigidum. & sic s'm proportionem virtutis vnius elementi ad virtutem alterius: vt si in duplo, si in triplo excedit caliditas frigiditatẽ, & medium dupliciter est calidius, & tripliciter. Secundum ergo hunc modũ erunt mista ex contrarijs elementis & per cõpositionem vel mistionem: & elemẽta erunt ex illis mistis per resolutionem. Ipsa.n. mista sunt potentia quatuor elñta, non quidem sicut materia, sed sicut dictum est. Deinde cum dicit.

VATAB. *Præterea, & ipsa contraria pati solent, quemadmodum ante præfinitum est. etenim actu calidum, potentia frigidum est. & actu frigidum, potentia calidum. Quare nisi ad æqualitatem redacta sint, in se mutuo transmutantur. simili modo, & in cæteris contrarijs. Atque primo quidem elementa ipsa ita transmutantur, deinde ex hisce carnes & oßa & eiusmodi fiunt, cum illa calido quidem in frigidum, & frigido in calidum transeunte ad mediocritatem venerint. hic.n. neutrum est mediocritas autem multiplex est, & nequaquam indiuisibilis. Similiter humidum & siccum & talia, carnem oßaque & cætera id genus mediocritate efficiunt.*

ANT. *Quoniam autem patiuntur contraria secundum in Primis determinationem. Est.n. actu calidum potentia frigidum, et actu frigidum potentia calidum. quapropter si non coequantur, transmutantur inuicem. similiter autem & in alijs contrarijs. Et primo ita elemẽta transmutantur, ex his autem carnes & oßa & quæ talia, calido quidem generato frigido, frigido autem calido, quando ad medium veniunt. hic.n. neutrum, medium autem multa & non indiuisibile. Similiter autem & siccum & humidum, & alia talia, secundum medietatem faciunt carnem, & os, & alia.*

Contrahit modũ qui dictus est vniuersaliter ad propositum dicens q;, quia oĩa contraria patiuntur adinuicem, sicut dictum est prius in cap. de actione: qa quod est actu calidum est potentia frigidum, & è conuerso: si ipsa elementa non adæquantur potẽtijs suis, sed vnum oĩno alteri prædominatur, tunc transmutantur adinuicem, & non fit mistio, sed corruptio debilioris, & gñatio siue augumentum prędominantis. Et quod dictum est de calido & frigido intelligendum est similiter in alijs contrarijs, s. sicco & humido. Sed elñta prius seinuicem transmutantur in gñatione, adæquatis vero potentijs eorum s'm quandam proportionẽ generatur quoddam medium, sicut carnes, & ossa, & huiusmodi talia. Calido autem s'm aliquid infrigidato, & frigido s'm aliquid calefacto, quia in misto materia vniuscuiusq; contrarij partem capit alterius, qñ veniunt ad medium, medium.n. est contrarij: medium aũt illud non est vnius proportionis tantum, s. q; semper fit per æqualem contrariorum participationem: neq; est indiuisibile, i. non est vno modo tm̃, sed diuersis modis secundum diuersitatem proportionis contrariorum, & sic est medium inter calidum & frigidum s'm multiplicem proportionem ipsorum. ita etiam intelligendum inter humidum & siccum: quæ s'm mediorum diuersitatem, quadã aliqua ꝓportione conueniẽtia faciunt carnẽ, & in alia proportione faciũt os, & in alia faciunt alia, quorum cõplexiones variant. sicut est homo, cuius cõplexio maxime vicina est tẽperamẽto: & leo, q̃ est calidæ cõplexionis: & asinus, q est frigidæ cõplexionis. Deinde cum dicit.

Libro prĩo t.c.50.&.52

Hois copra maximẽ vicina tempe ramento.

VATAB. *Omnia autem mista corpora, quæ circa locum qui medio vniuersi tribuitur, collocata sunt, ex simplicibus constant omnibus. Nam terra quidem ideo cũctis inest, quod*

vnumquodq; maxime & vt plurimum in proprio terræ loco existit. Aqua vero, quod composita finiri oporteat: & illa è simplicibus sola, belle terminari queat. Præterea quòd & terra sine humiditate consistere non possit sed humiditas id sit quod continendi vim ac coercendi habeat. nam si humiditas à terra prorsus eximatur, ea defluet profectò terra igitur & aqua, has ob causas insunt. E

ANT. T. c. 49. *Omnia.n. mista corpora quæcunque circa locum medium sunt, ex omnibus composita sunt simplicibus. Terra quidem inest omnibus, quia vnumquodq; est maxime & multum in proprio loco, Aqua autem, quia oportet terminari quodcunq; compositum. sola autem est simplicium bene terminabile aqua. Amplius autem & terra sine humido non potest commorari sed hoc est quod continet si.n auferatur omnino ex ipsa humidum, decidet vtiq; terra quidem igitur & aqua propter has insunt causas.*

Ostendit, q̄ in quolibet misto sunt oīa elementa. & F

T. c. 50. primo per cām, secundo per effectum. ibi { Testificari autem videtur. } Circa primum duo facit. Primo ostendit q̄ in quolibet misto est terra & aqua, scd̄o q̄ ignis & aer. ibi { Aer autem. } Dicit ergo primo, q̄ oīa corpora mista, quæcunq; sunt circa medium, quod est terra, necessario sunt composita ex oībus simplicibus corporibus, quæ sunt quatuor elementa: & q̄ in omni corpore misto sit terra, sicut ostēdit locus & locatum s̄m Com. Nam aut sunt eiusdem naturæ, aut prædominatur natura loci in locato: sed oīa mista naturaliter quiescunt in terra, sicut in loco: ergo oportet q̄ in quolibet misto sit terra, & non solum q̄ sit, sed vt prędominetur in ipso. Quod autem aqua sit in quolibet misto, probat ex hoc: quia terra pura non habet continuationem, nec in ipsa aliqua figura posset consistere: partes aūt cuiuslibet misti oportet esse terminatas. sola autem aqua, vt supradictum est, est bene terminabilis. & prima terra propter naturale siccum, quod est in ea, nullatenus commoratur sine humido, quod est in causa cōtinente, vnde humidum, quod est in ea, cōtinet ipsam. si autem ex ipsa humidū totaliter auferatur, statim decidet, & conuertetur in puluerem. Terra ergo & aqua ꝓpter dictas causas sunt in corporibus mistis. Deinde cum dicit.

Quod terra sit in quolibet misto.

Qđ aqua.

VATAB. *Item aer & ignis, quòd terræ & aquæ contraria sint. Nam aeri terra, & aqua igni contraria est, quantum substantiam substantię contrariam esse contingit Cùm igitur generationes è contrarijs sint, & cōtrariorum extremum alterum insit, alterum quoq; inesse est necesse. Quare in omni composito simplicia omnia inerunt.*

ANT. *Aer autem & ignis quoniam contraria sunt terræ, & aquæ. Terra quidem aeri, igni vero aqua contraria est, vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse. Quoniam igitur generationes ex contrarijs sunt: insunt autem altera extrema contrariorum: necesse & altera inesse. Quapropter in omni composito omnia simplicia erunt.* H

Terra aeri: igni vero, aqua cōtraria est.

Primo ꝓbat q̄ in quolibet elemento est aer & ignis tali ratione. Terra & aqua, alterantur in misto: cum aūt vnumquodque miscibilium alteretur à suo contrario, oportet aerem & ignem esse in cōposito: nam aer contrariatur terræ, & ignis aquæ. Dico aūt elementum esse contrarium elemento, prout ratione qualitatum contingit substantiam esse contrariam substantiæ. Qm̄ igitur generationes sunt ex contrarijs: & in mistis sunt extrema cōtrariorum, s. frigidum siccum, quod est terra, & frigidum humidū, quod est aqua: necesse est reliqua inesse, s. calidum cum sicco, & calidum cum humido,

Qũo elemētũ elemento contrariatur, & sũa substantiæ.

E quæ sunt ignis, & aer. Quapropter in omni composito sunt omnia simplicia corpora. Deinde cum dicit.

VATAB. *Sed & id, cuiusq; rei nutricatio comprobare videtur. omnia enim eisdem aluntur quibus constant: omnia siquidem pluribus aluntur. Nam quæcunq; vno solo ali maxime videntur, vt plantæ aqua, pluribus aluntur. terra.n. aquæ ammista est. quamobrem ipsi quoq; agricolæ, miscentes irrigare conantur.*

ANT. T. c. 50. *Testificari autem videtur & nutrimentum vniuscuiusq;. Omnia quidem.n. nutriuntur eisdem ex quibus sunt omnia.n multis nutriuntur. Etenim quæcunq; videntur vno solo nutriri, vt aqua, plantę multis nutriuntur. Mista est.n. aquæ terra: ideo rustici tentant miscentes irrigare.*

Oia nutriũtur ex quibus sunt. Mista est aq̃ terra.

Probat idem per effectum: & diuiditur in partem principalem, & incidentalē. pars incidentalis incipit. ibi { Qm̄ autem est nutrimēto. } Dicit ergo primo, q̄ hoc quod dictum est, s. q̄ omnia mista cōponantur ex quatuor elementis, testificari & approbare videtur nutrimentum vniuscuiusq;. Nam vnūquodq; nutritur ex eis ex quibus est: sed omnia quidē nutriuntur ex multis elemētis: ergo ex eisdem quatuor elementis oia mista consistunt. Maioris propositionis ratio potest esse. quia nutrimentum transmutatur in naturam nutriti, non aūt posset transmutari, nisi haberet eandem materiam. Minorem vero probat sumendo argumentum à minori. Minus.n. videtur q̄ plantæ, quæ sunt magis terrestres, nutriantur ex pluribus, q̄ alia nutrita: sed istæ licet videantur solum nutriri ex aqua, nutriuntur tn̄ ex omnibus: ergo multo magis alia. Quod autem plātæ nutriantur ex omnibus ex hoc videtur. manifestum est.n. q̄ nutriuntur ex terra, & aqua, & ex agricultura. Rustici enim colentes plantas miscent terram cum aqua ad nutrimentum plantarum. Si autem inest terra & aqua, ne G cesse est esse alia duo extrema, s. aerem & ignem eadem ratione qua supra. Deinde cum dicit.

VATAB. *Cum autem alimentum ad materiam pertineat. quod autem nutritionem suscipit cum materia coniunctum forma sit atq; species, rationi consentaneum fuerit ex omnibus simplicibus corporibus quæ mutua generatione oriuntur, solum ignem nutriri, quemadmodum & priores aiūt. Quippe qui solus ac maxime forma sit, propterea quod suapte natura ad terminum fertur vniuersi. In suum autem locum quodq; ferri natum est: forma vero speciesq; omnium in ipsis consistit terminis. Quod igitur corpora omnia ex simplicibus omnibus constent, dictum est.*

ANT. *Quoniam autem est nutrimentum quidem materiæ: quod nutritur autem coniunctum materiæ forma & species: rationabile iam solum simplicium corporum nutriri ignem omnium ex inuicem generatorum, quemadmodum & Priores dicunt. Solus.n. & maxime speciei particeps est ignis, quia innatus est ferri ad terminum. Vnumquodque aūt innatum est ferri in suipsius regionem. forma.n. & species in terminis omnium est. Quod igitur omnia corpora ex oībus constituta sunt simplicibus, dictum est.*

Inter simplicia corpora solus ignis nutritur.

Ostendit incidenter, q̄ inter simplicia corpora solus ignis nutritur, non tamen proprie: quia sola vegetabilia proprie nutriuntur, dicens, q̄, quia nutrimentum est sicut materiale respectu nutriti, quia in suam naturam cōuertitur, vt dictum est in capitulo de augmento: ipsum autem nutribile est sicut forma & species coniuncta materiæ, rationabile est, vt solus ignis inter simplicia corpora nutriatur, eo q̄ inter omnia elementa, quæ ad inuicem generantur, ignis est magis formalis, quod patet ex hoc q̄ ipse naturaliter fertur sursum ad terminum,

Ignis ē maxime formalis.

Supiora se hñt vt forã ad inferiora.

terminum, i. ad circunferentiam orbis, qui maxime formalis est inter omnia corpora: vnumquodq;.n. natum est ferri ad suppsius gñationem, quę est connaturalis ei: forma autem & species oĩum rerum inferiorum, pręter hoĩem, est in terminis omnium. quia superiora ad inferiora se habẽt, sicut forma ad materiã. Cum ergo ignis tangat orbem Lunæ, constat ꝙ ipse sit connaturalis orbi in formalitate. Vltimo recapitulat, & est planum.

LECTIO. IX.

Quæ nam sint generationis principia: antiquorum item de Mouente refelluntur sententiæ.

VATAB.

Cum autem nonnulla generabilia corruptibiliaq; sint, & generatio in eo, qui circa mundi medium est, loco, sit de omni generatione, & quot & quæ sint eius principia dicendum est. sic.n facilius singularia contemplabimur, cum de vniuersalibus prius sumpserimus.

ANT. T. c. 51.

Facilius singularia inspiciem⁹ ꝑ acceptis vlĩbus.

B *Quia vero sunt quædam generabilia & corruptibilia: & generatio contingit eis quæ sunt circa medium locum: dicendum de omni generatione simpliciter, quot, & quæ eorum principia. facilius.n. sic singularia inspiciemus, qñ de vniuersalibus acceperimus.*

Postquam Philosophus determinauit de generatione & corruptione tam simplicium quàm cõpositorum ex simplicibus, hic determinat de causis, siue de principijs generationis & corruptionis elementorum & mistorum. Et circa hoc duo facit. Primo dat intentionem; secundo prosequitur intentum. ibi { Sunt.n. & numero. } Dicit ergo primo, cum sint quædam generabilia & corruptibilia, & generatio & corruptio sit in eis quæ sunt circa medium locum: dicendum est simpliciter & vniuersaliter de generatione, quot, & quæ sint eorum principia. Facilius.n. in libris particularibus inspiciemus causas principiorum generationum, quando causas vniuersales generationis acceperimus. Cursus.n. ab vniuersalibus ad particularia est maior & vniuersalior via in natura. Deinde cum dicit.

C

VATAB.

Sunt igitur tot numero, & genere eadem, quæ in æternis primisq;. Nam alterum vt materia, alterum vt forma existit. oportet autem et tertium insuper adesse. Nam duo haud quaquam satis sunt ad generandum, sicuti nec in ipsis primis. Igitur quod esse & non esse potest, generabilibus causa, vt materies existit. Nam quædam necessario sunt, ceu æterna, quędam necessario non sunt. quorum, illa quidem non esse, hæc vero esse est impossibile, eo quòd fieri non possit vt necessarium aliter sese habeat. Nonnulla, & esse possunt & non esse. de quorum numero, generabile existit, atq; corruptibile. hoc.n. interdum est, interdum non est. Quare necesse est, vt generatio atq; corruptio circa id sit, quod esse & non esse potest. Quocirca & hoc, causa vt materies generabilibus existit. At forma speciesque, vt cuius gratia. hęc autem est substantiæ cuiusq; ratio. Oportet autem & tertium quoq; adesse, quod omnes quidem somniant, nemo tamen dicit.

D

ANT.

Sunt.n. & numero æqualia & genere eadem principia, quæ in sempiternis & in primis sunt. Hoc quidem.n. est vt materia, hoc autem vt forma. oportet autem & adhuc tertium existere: non.n. sufficientia ad generandum sunt duo, quemadmodum neq; in primis. Vt materia quidem in generabilibus, quod possibile est esse & non esse causa est. Hæc quidem.n. ex necessitate sunt vt æterna, horum autem hæc quidem impossibile non esse, hoc autem impossibile esse: quia non contingit circa necessarium aliter se habere. Quædam vero possibile esse & non esse,

Materia in generabilibus est causa quod res possit esse & nõ esse.

A *quod est generabile & corruptibile. quandoq; quidem.n. hoc est, quandoq; autem non est hoc. Quapropter necessarium generationem & corruptionem circa possibile esse & non esse. Ideoque vt materia quidem hæc causa est generabilibus, vt autem cuius gratia forma & species: hæc autem est ratio vniuscuiusque substantiæ. Oportet autem adesse & tertium, quod omnes quidem somniant, dicit autem nullus.* T. c. 52.

Prosequitur intentum: & circa hoc tria facit. Primo ponit opinionem suam de principiis, secũdo opiniones aliorum. ibi { Sed hi quidem sufficientes. } Tertio inquirit specialiter & sufficienter de principio mouente. ibi { Nobis autem. Ad euidentiam eorum quæ hic dicuntur, notandum est, ꝙ corporum generabilium & corruptibilium, quædam sunt principia extrinseca, & quædam intrinseca. Principia extrinseca sunt agentia, siue mouentia. Et ista se habẽt in quodam ordine: quia quædam sunt proxima, & quędam remota, siue prima. & prima quidẽ principia sunt substantiæ separatæ, quarum suprema est Deus. & ista sunt eadem omnium corporalium. & propter hoc dixit Philosophus, ꝙ corruptibilium & sempiternorũ sunt eadem principia numero remota, proxima vero non sunt eadem: quia principia corporum cœlestium sunt substantiæ separatæ, vt dicitur in. 2. Meta. sed proxima principia corruptibiliũ sunt ipsa corpora cœlestia, vt dicit Philosophus. 1. Meteo. & Cõmen. Intrinseca vero principia sunt materia & forma, & ista non sunt eadẽ numero corruptibilium & incorruptibilium, sed sunt eadem ƒm analogiam: quia nec materia, nec forma corrumpitur per se, sed solum per accidens, vt Philosophus. 1. Phy. Et ideo dicit Philosophus, ꝙ principia corruptibilium & incorruptibilium sunt eadem principia genere, i. analogia, siue proportione. Hoc ergo præmisso procedit in ꝓposito dicens, ꝙ principiorum rerum generabilium & corruptibilium, aliud est materia, aliud est forma: oportet aũt adesse tertium. Quia sicut in sempiternis non sufficiunt duo ad motum, sed oportet adesse mouens, ita nec in generabilibus sufficiunt ad gñationem duo, sed oportet adesse tertium: quod, est efficiens. Materia vero, cum sint ens in potẽtia est causa, quare ista inferiora possunt esse & non esse. Forma vero est causa esse tantum. Sed efficiens mouet materiam, vt transmutetur de potentia ad actum. Ad declarationem autem dictorum ponit quandam diuisionem dicens, quòd quædam sunt de necessitate in esse, sicut sunt æterna, vt corpora cęlestia, quæ in sua substantia, & in suis motibus sunt necessaria, & similiter substantiæ separate, & his opponuntur impossibilia adesse. Quædam vero sunt possibilia esse & non esse, & ista sunt generabilia & corruptibilia: quæ quandoq; sunt, & quandoq; non sunt. Et ideo necessarium est, ꝙ generatio & corruptio sint circa corpora talia, quæ possint esse & non esse. Illud autem, ex quo talis potentia adesse & non esse in eis est, materia dicitur. Sed causa finalis in Physicis, quæ est, cuius gratia mouens mouet, est forma & species: hic.n. est finis motus & intentionis naturalis agentis. Et hęc est rõ definitiua vniuscuiusq; substantiæ. sed sicut dictum est, cum his duobus oportet esse tertium principium, quod est efficiens: quod oẽs antiqui somniauerunt, sed nullus de ipso aliquid veritatis dixit expresse. Deinde cum dicit.

T. c. 55. Medium.

Pricipia extrinseca.

T. c. 24. T. c. 1.

Pricipia intrinseca.

T. c. 82.

Qño vltra materiã & formiã ope ad esse & agens.

Quæ necessaria esse & quæ aliter.

Ex materia est potentia ad esse & nõ esse.

Sed alij specierum naturam causam esse sufficientem ad generandum arbitrati sunt, quemadmodum in Phædone Socra. Nam vbi ille cæteros increpauit, tanquam

nihil locutos, eorum quæ sunt quædam species esse, quædam quæ species participent, & eorum quoq; per speciem esse dici, susceptione vero oriri & abiectione interire supponit. Quare si hæc vera sunt, species, causas esse generationis & corruptionis necessario putat. Alij, ipsam materiam, nimirum à qua sit motus.

ANT. *Sed hi quidem sufficientem existimauerunt causam esse ad generationem specierum, naturam: quemadmodum in Phædone Socrates. Etenim ille increpans alios, quasi nihil dixissent, supponit, quoniam hæc entium, quidem species, hæc autem participatiua specierum esse. Et quoniam esse quidem vnumquodq; dicitur secundum speciem generari autem secundum susceptionem, & corrumpi secundum abiectionem. quapropter, si hæc vera sunt, species existimant ex necessitate causas esse generationis & corruptionis. Hi autem ipsam materiam; ab hac enim motum.*

Pō Plonis de tertio pricipio in phædone. Ponit opiniones aliorum de principijs. & circa hoc duo facit. primo ponit eas, secundo improbat eas. ibi { Neutri autem. } Fuerunt autem duæ opiniones: quarum ponit primam dicens, ꝙ quidam somniauerunt naturam specierum, i. ipsas species separatas, quas Plato appellauit ideas, esse sufficientem causam ad hoc ꝙ res generētur. Quemadmodum Plato in Phedone, vbi inducit Socratem ad confirmationem suæ opinionis. Vnde dicit, ꝙ ibi Socrates increpat alios tanq̃ dicentes nihil. Et supponit, ꝙ entium, quædam sunt substantiæ separatæ, quędam vero participantia specierum, sicut mediate: & ꝙ vnumquodq; compositum dicitur esse actu ſm speciem, generari autem ſm illius speciei susceptionem, & dicitur corrumpi secundum illius speciei abiectionem. dixit. n. species rerum esse æternas, quæ sunt quasi quædam sigilla impressa rebus generabilibus. Et cum sigillatur materia, quæ fit per illarum participationem, tunc res generantur: & cum eijcitur forma sigillata, manet quidem perpetua, sed destruitur indiuiduum per eiectionem talis formæ. Quapropter, si ista est idearum natura, vt ipse Soc. & Plato existimant, necesse est ipsas spēs esse causas generationis & corruptionis. per præsentiam quidem generationis, per absentiam vero corruptionis. Secundam opinionem ponit. ibi { Hi autem. } Dicens, ꝙ alij non dixerunt primū mouens esse extrinsecum sicut Plato, sed dixerunt principium transmutationis materiæ esse ipsam materiam, & ipsum motum rerum esse ab hac, i. ab ipsa materia disposita & informata qualitatibus primis. Deinde cum dicit.

Gñatio fit p sigillum.

VATAB. *At neutri recte dicunt. nam, si species causæ sunt, cur non semper gignunt continenter, sed quandoq; & quandoque non, cum semper tum species, tum quę eas participant in ratione rerum sint? Præterea, in nonnullis, aliam quandam esse causam spectamus. Nam medicus in corpore sanitatem efficit, & scientiam, sciente existente, & ipsa sanitate, & scientia, & hisce quæ eas participant. Eodem modo, & in cæteris quæ facultate quadam fiunt.*

ANT. *Neutri autem dicunt bene. Siquidem. n. sunt causę species, quare non semper generant continue, sed quandoque quidem, quandoq; non existentibus, & speciebus semper, & participantibus? Amplius autem in quibusdam videmus aliam quandam causam esse. sanitatem enim Medicus facit, & doctrinam doctor, existente & sanitate ipsa, & doctrina, & participantibus. similiter autem in alijs secundum potentiam operantis.*

T. c. 53. Reprobat prędictas opiniones. & primo primam, secundo secundam. ibi { Si autem materiam } primam E reprobat duabus rationibus. quarum primam ponit dicens, ꝙ neutra opinio bona est: quia spēs separatæ non sunt causę sufficientes generationis cum materia. quia, si sunt sufficientes, quare non semper continue generantur res, & non quandoq; sic, & quandoq; non: non. n. est maior ratio, quare in vno tempore species generentur quàm in alio, cum ipsæ species & participantia, i. materiæ. quæ innatæ sunt suscipere illas species, semper & eodem modo se habeant. Potest autem sic ratio formari. i. Idem manens idem semper natum est facere idem: sed species vel ideæ semper manent eædem & eodem modo: ergo semper deberent generare. sed hoc est falsum, ꝙ semper generent: quia quædam quandoque sunt, & quandoq; non: ergo illæ non sunt causæ generationis & corruptionis. Secundam rationē ponit ibi. { Amplius autem in quibusdam. } Dicens, ꝙ nos videmus ad sen- F sum in quibusdā, sicut in artificialibus, ꝙ necessarium est esse aliquod primum mouens præter species, vt patet in artificialibus. Medicus. n. facit sanitatem, & similiter doctor facit doctrinam, cum tamen præter illos, ipsa sanitas & doctrina sint species, & anima discentis & complexio corporis sint participantia ipsarum specierum. & similiter est in alijs ſm potentiam, i. secundum artem operantis. Dicuntur. n. artes & scientiæ potentiæ, vt dicitur. 9. Meta. quia per artem homo operatur, & per scientiam consyderat. cum ergo ars imitetur naturam, & in arte inueniamus hanc tertiam causam: ergo in natura est tertia causa, s. mouens præter materiam & formam. Deinde cum dicit.

Tex. c. 56. infra.

T. c. 4. & 5. meta. c. 17. Qūo artes dicātur potentiæ.

VATAB. *Quod si qui materiam ipsam ob motum generare dicant, naturalius profecto dixerint, quàm qui ita dicunt. Etenim quod alterat quodque transfigurationem facit, causę vt quippiam oriatur rationem sibi vendicat magis.* G *Et in omnibus ex æquo tam hisce quæ natura constant, quàm quæ ab arte proficiscuntur, hoc agens dicere consueuimus, quod mouendi vim obtinet.*

ANT. T. c. 55. *Si autem materiam quis inquiet generare propter motum; naturalius vtiq; dicet ita dicentibus. Alterans. n. et transformans magis causa est generationis, & in omnibus assueti sumus hoc dicere efficiens. similiter & in his quæ natura, & in his quæ ab arte, quòd transmutans sit.*

Reprobat secundam opinionem: & circa hoc duo facit. primo cōparat eam primæ opinioni, secundo destruit eam. ibi { Sed tum nec hi. } Dicit ergo primo, ꝙ, si aliquis dicat ꝙ materia prædicto modo disposita generet propter motum, q̃ ipsa mouetur, magis dicit ſm naturam quàm illi, qui dicunt speciem separatam generare. Quia id, quod alterat & trāsformat, magis est causa generationis in physicis: materia autem, secundum H ꝙ dicunt, sic informata, vt dictum est, alterat & transformat: & nos etiam consueti sumus dicere in artibus, & in natura, hoc est efficiens, quod est transmutans, & alterans. Deinde cum dicit.

VATAB. *Verum enimuero, & hi quoq; non recte dicunt. Pati namq; & moueri, materiæ est, agere vero & mouere, alterius potentiæ. palam aūt est cum in ijs quæ arte, tum ijs quę natura fiunt. nam neq; aqua ex se animal facit sed natura: neq; lignum lecticam, sed ars. Quare et isti ob id, & quia potiorem omittunt causam, haud recte dicunt quiditatem. n. formamq; exterminãt. Pręterea potentias atq; vireis corporibus tribuunt, per quas admodum instrumentaliter generant, eam quæ à specie sumitur, causam auferentes. Etenim qm̄, vt aiunt, calidum segregare, & frigidum congregare natum est, & cæterorum quodque aliud*

agere

agere, aliud pati, ex his & per hæc gigni & corrumpi cętera omnia dicunt. At ipse quoq; ignis moueri ac pati videtur. Prętere a perinde faciunt, ac si quis serræ & instrumentorũ cuiq;, eorum quæ generantur, cãm tribuat. Nam cùm quis serra secat, diuidi quippiam, et cùm corradit, leue fieri necesse est, & in cæteris simili modo. Quare si quã maxime agit mouetq; ignis, quo tamen moueat non ultra contẽplantur, nẽpe quòd deterius quàm ipsa instrumẽta.

ANT. Materiæ est pati & moueri, mouere aũt & facere alteri⁹ potentiæ.

Sed tamen nec hi recte dicunt materiæ.n. pati & moueri, mouere autem & facere alterius potentiæ. Manifestum aũt & in his quę arte & natura generantur. non.n. ipsa facit aqua & seipsa animal neq; lignum lectum, sed ars. quo circa & dicunt non recte propter hoc. Et quoniã relinquunt principaliorem causam, auferunt n. quod est esse & formam. Amplius autem & potentias attribuunt

Tex. c. 54.

corpori, propter quas generant valde organice, auferentes eam, quæ secundum speciem causam. Quoniam.n. innatum est, vt inquiunt, calidum quidem segregare frigidum autem congregare: & aliorum vnumquodq; hoc quidem facere, hoc autem pati, ex his dicunt & per hæc omnia alia generari & corrumpi. Videtur autem & ignis ipse

Tex. c. 55.

cum mouetur, pati. Amplius vero simile aliquid faciunt, vt si quis serrę & vnicuiq; instrumentorum attribuit causam eorum quæ generantur. necesse.n. serrante diuidi, & incidente coæquari, & in alijs similiter. Quocirca si quidem maxime facit & mouet ignis, sed quomodo mouet non vident, quoniam deterius quàm organa.

Cã materialis & efficiẽs nunq̃ incidunt in idẽ numero.

Reprobat istã opinionem per tres rõnes. Quarum prima talis est, causa materialis cum efficiente nunquã incidunt in idem numero: sed materiæ est pati & moueri, facere autem & mouere est alterius potẽtiæ: quia potentiæ actiuæ, quæ est in agente. sequitur ergo ꝙ materia non potest esse mouens vel efficiens: alias.n. potẽtia actiua & passiua essent idem. Et hoc manifestat in naturalibus & artificialibus. Et prĩo in naturalibus. Aqua.n. quæ ſm ꝙ dicit Thales, est materia omnium, vt habetur. 1. Meta. in prologo. ca. 2. non facit ex seipsa animal, nec aliquid aliud. Similiter nec lignum, quod est materia lecti, aut scamni: sed artifex per artẽ quam habet in mente: ex his ergo patet ꝙ isti non recte dixerunt.

Aqua ẽ omnium materia secundũ Thaletem.

Secũda rõ.

Secundam rõnem ponit. ibi {Et qm̃.} Dicens, ꝙ tales non recte dicunt: quod patet & alia rõne. Quia, s. derelinquunt principalẽ causam. auferunt.n. formam, & quod quid est vniuscuiusq; rei. Et hoc patet per supra dicta: quia dictũ est, ꝙ ipsi auferunt cãm mouentẽ: quia sublata (cum materia, quæ est in potẽtia, non possit se mouere ad actum) necessario aufertur ẽt forma. Sed adhuc manifestat hoc idem per aliud, qđ ipsi dicunt. ibi { Amplius aũt.} Dicens, ꝙ isti attribuunt corporali materiæ potentias passiuarũ qualitatum: & per illas potẽtias valde organice, & tanq̃ per organa & instrumenta, dicunt ꝙ materia generat, aliã auferentes causam, quæ est ſm speciem, i. ſm causam formalem: per quã vnumquodq; collocatur in spẽ, vt dicitur. 2. Phy. Dicunt.n. ꝙ calidũ, quod est in materia, innatum est segregare: frigidum aũt natum est congregare. segregat.n. calidum & dissoluit, frigidum aũt congregat, & inspissat, miscet, & confundit. Et, quia res oẽs constituunt mistura quadam & distinctione, ideo dicebãt ꝙ ex his duobus omnia alia agunt & patiuntur, & oĩa ex eis gñantur & corrumpuntur: intantum etiã, ꝙ ignis, qui est formalissimus & maxime actiuus, aliqñ motus à frigido, hoc modo instrumẽtaliter patitur, & non dixerũt aliq̃ causam efficientẽ vel formalẽ. Tertiam rõnem ponit. ibi {Amplius vero simile.} Quæ talis est. Dictũ est ꝙ materia generat per potentias passiuarũ qualitatum tanquã per organa siue instrã. sed hoc dicere idem est, ac si diceretur ꝙ serra & vnumquodq; instrorum sit causa eorũ, quæ generantur. Cum ergo hoc sit falsum, q̃a semper oportet lignũ diuidi aliquo mouente, serrã aut secare, & lignum coęquari aliquo homine incidente & mouẽ e dolabrã, & similiter est in alijs instrumentis, falsum est ꝙ materia mediãtibus principijs talium qualitatũ se moueat ad generationẽ. & ideo oportet ꝙ aliquid moueat & dirigat qualitates elementares ad species elementorũ producendas. Et hoc est motus cœli, vt infra patebit. Quocirca, & si ignis maxime alq̃d faciat & moueat, tñ isti nõ vident quõ moueat: q̃a multo deterius mouet q̃ organum. q̃a sicut dictũ est, organũ dirigitur ab artifice ad actũ talem vel taliter: qui inducit formã operis artis. sed ignis corrumpit cõplexiones, & hoc est multo peius q̃ actio organi ordinata ab eo, quod mouet organum.

Tex. c. 11. Calidi natura est segregaf, frigidi autem congregare.

Tertia rõ.

Ignis multo deterius mouet q̃ organum, nisi ipse sit organum.

LECTIO. X.

Quis nam in ipsa generatione ac corruptione sit motor, ꝙ motus etiam continuus existat ostenditur.

VATAB.

Sed & prius à nobis vniuersaliter de causis dictum est, & nunc de materia & forma pertractatum atq; determinatum. Praterea cum demonstratum sit motum eum esse perpetuum, qui lationi accommodatur, his existentibus, & generationem quoq; continenter esse necesse est latio nanque continue generationem ideo faciet, quia admouet & abmouet id quod gignendi vim obtinet.

ANT.

Nobis autem & vniuersaliter prius dictum est de causis & nunc determinatum est de materia & forma. Amplius vero quoniam secundum allationem motus demonstratum est, his sic se quoniam perpetua, necesse est, his habentibus & generationem esse continue. Allatio.n. faciet generationem actualiter, quia adducit & abducit generans.

Allatio facit generationẽ actualiter.

Postq̃ Philosophus determinauit de principijs gñationis vniuersaliter ſm opinionem suã, & reprobauit etiam opiniones aliorũ de principio mouente. hic specialiter inquirit de ipso, & circa hoc duo facit. Primo determinat de ipso, ſcđo circa determinata mouet quasdam qõnes. ibi { Qm̃ autem in continue.} Circa primum duo facit. Primo dicit quod est principium mouens ad gñationem, secundo probat quoddã quod supposuerat. ibi { Qm̃ autem necesse.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ mouens ad gñationem est motus circuli cęlestis, ex quo etiam probat continuitatem gñationis & corruptionis, ſcđo ostendit idem ex parte finis. ibi { Semper vero vt dictũ est.} Circa primũ duo facit. Primo dicit, ꝙ mouens ad gñationem est motus circuli cęlestis, secundo ostendit quid sit ille motus. ibi { Qm̃ autem suppositum. } Circa primum duo facit. Primo ꝓponit, secundo probat. ibi {Similiter aũt manifestum. } Dicit ergo primo, ꝙ nobis volentibus vl'em causam efficientem perpetuæ gñationis manifestare, supponenda sunt ea quæ dicta sunt vniuersaliter de causis in. 2. Phy. & ea, quæ dicta sunt de allatione, q̃ est motus circuli cęlestis. Demonstratũ est.n. in. 8. Phy. ꝙ ipsa allatio, i. loci mutatio est motus ꝑpetuus. his aũt sic se habentibus, necesse est gñationẽ continue esse. materia.n. continue passibilis est. qualitates elementorũ continue agunt & patiuntur adinuicem: hæc aũt ideo facit mutatio, quia adducit & abducit gñans, s. Solem, qui est causa oĩs generationis & corruptionis. Deinde cum dicit.

Tex. c. 63.

Tex. c. 61.

Tex. c. 59.

Tex. c. 56.

Tex. c. 27.

Tex. c. 55. & 56.

VATAB.

Insuper & priora esse dicta recte, lationẽ, inquam, mutationum primam esse, & non generationem, dilucidum est. Nam multo magis consonum est rationi, id quod est ei quod non est vt nascatur causam esse, quam id quod non est ei quod est vt sit. Sed quod lationem subit, est, quod vero oritur, non est. Idcirco & latio generatione prior est.

ANT.

Similiter autem manifestum, quoniam & si priora bene dicta sunt, transmutationem primam allationem, sed non generationem dicẽdum. Multum.n. rationabilius est, ens non enti generationis causam esse, quàm non ens enti esse quod fertur quidem igitur est quod generatur autem non est. Propter quod & allatio prior est generatione.

Probat quid dixit per duas rõnes: quarum primam ponit. dicens, ꝙ sicut bene dcm̃ est in prioribus, i. in. 8. Physic. allatio, i. loci mutatio est prima oĩum mutationum: sed illud, quod est prius est causa posterioris, & non è conuerso: ergo. Secundam rationem ponit. ibi {Multum.n. rationabilius.} Quæ talis est. multum rationabilius est ꝙ id, quod est semper & perpetuum & perfectum in esse, sit causa non entis q̃ è conuerso. cum igitur illud quod fertur localiter sit ens, quod autem generatur non sit: quia, si esset non generaretur, ergo allatio est prius generatione, & non è conuerso, & per consequens est causa generationis. hoc autem est intelligendum, quia in vno & eodem generabili prius est generatio, quàm loci mutatio. Deinde cum dicit.

Rõnabilius est ens non enti generationis cãm esse quam e contra.

VATAB.

Cum aũt supponatur & demonstratum sit continuam rebus ipsis generationem corruptionemq́; competere, & lationem generationis causam esse dicamus: patet, quòd, si vnica latio foret, fieri non posset vt ambæ fierent, propter ea quod contraria sunt. Nam idem eodemq́ue modo semper habens, idem facere natum est, quare, aut generatio semper esset, aut corruptio. Multos autem esse motus contrariosq́; aut latione aut inæqualitate conuenit. contrariorum.n. contrariæ sunt causæ. Quo circa & prima latio, ortus ac interitus causa non est sed obliqui circuli latio: ea nanq; & continua est, & duobus motibus fit. Nam generatio corruptioue futura sit semper continua, semper quippiam quidẽ moueri necesse est, vt ne mutationes istæ deficiant. sed duobus, vt ne altera duntaxat eueniat. Continuitatis igitur causa est latio vniuersi accessus vero & recessus ipsa decliuitas. accidit.n. vt interdum procul, interdum prope existat. Atq; cum interuallum sit inæquale, motus erit inæqualis. quare, si ex eo generat, quia accedit & prope est, & quia abscedit & procul existit, hoc idem corrumpit. Atq, si quia sæpenumero accedit, generat, & quia plerunque recedit, corrumpit, contrariorum enim causæ sunt contrariæ. Et generatio atque corruptio secundum naturam æquali in tempore fiunt.

ANT. T. c. 56.

Idem similr se hñs sp facit idem.

Quoniam aũt suppositum & demonstratum est quòd est continua ens rebus generatio & corruptio: dicimus autem causam esse allationem generationis: manifestum quidem, quòd vna existente allatione non contingit fieri ambo: quia contraria sunt. Idem.n. & similiter se habens semper idem innatum est facere. quocirca generatio semper erit, aut corruptio. Oportet autem multos esse motus, & contrarios motus, aut allatione, aut inæqualitate. Contrariorum.n. contraria causa. Ideo non prima allatio causa generationis est & corruptionis, sed quæ circa obliquum circulum. in hac.n. & continuum inest & moueri secundum duos motus. Necesse.n. si erit semper & continua generatio et corruptio semper aliquid moueri, vt non deficiant transmutationes hæ. duo autem vt non alterum contingat solum. Continuitatis quidem igitur totius allatio est causa. Præsentiæ vero & absentiæ causa est inclinatio. Contingit.n. qñq; longe fieri, quandoq; prope. Inæquali.n. distantia existente inæqualis erit motus. Quocirca, si in accedendo & in prope esse generat, & in recedendo, & longe fieri idipsum corrumpit. Et, si in multotiens adueniendo generat, & in multotiens recedendo corrumpit. Contrariorum.n. contraria est causa. Et inæquali tempore generatio & corruptio, quæ secundum naturam.

Cõtrariorũ cõtrar a cã. Allatio circa obliquũ circulũ est cã generatiõis & corruptionis;

T. c. 57.

Ostendit ꝙ allatio circuli cœlestis est causa generationis & corruptionis motus circuli obliqui, qui dicitur zodiacus, & non motus primi mobilis. Et circa hoc duo facit. primo probat hoc per rationem, secundo per ea quæ sunt sensui manifesta. ibi {Apparent aũt.} Prima in duas. primo ponit rationem, secundo infert quoddam corolarium. ibi {Ideoq́; & tempus.} Dicit ergo primo, ꝙ quia suppositum est & determinatum supra in primo lib. ꝙ generatio est continua & semper: nos etiam dicimus, ꝙ motus corporis cœlestis est causa continuæ generationis: cum autem generatio & corruptio sint contraria, non contingit fieri ambo, s. generationẽ, & corruptionem, si sit tantum vna allatio, siue vnus motus localis. quia idem manens idem, & semper similiter se habens, semper natum est facere idem, & non contraria. si.n. esset tantum vna loci mutatio esset tm̃ generatio vel tantum corruptio. Cum ergo non sit tantum alterum, vt patet ad sensum, oportet esse multos contrarios motus, altero duorum modorum, aut allatione, s. ꝙ vnus sit contrarius alteri, quod non potest esse in motu circuli. vt probatum est in. 1. de Cœlo. vel inæqualitate, i. ꝙ sit vnus & idem motus, sed inæqualiter se habeat ad ipsa generabilia ſm diuersas circuli partes, qui ex vna circuli parte causet vnum, & ex alia parte causet aliud. Contrariorum.n. effectuum, cuiusmodi sunt generatio, & corruptio, oportet esse contrarias causas. Cum aũt motus primi orbis, qui dicitur motus diurnus, semper vniformiter se habeat super circulos æque distantes à circulo æquinoctiali, non potest esse causa generationis & corruptionis. Sed motus circuli obliqui, qui dicitur Zodiacus est causa sufficiens vtriusq;, propter motum accessionis & recessionis Solis in eo. In hac loci mutatione est continuitas gñationis & corruptionis. ergo necesse est ꝙ, si generatio & corruptio debeant esse perpetuæ, ꝙ aliquid semper & continue moueat, vt non deficiant mutationes istę. Deficiente.n. causa, necesse est & effectum deficere. Secundum aũt duo duos oportet motus esse, s. ſm accessum & recessum, vt non cõtingat solum generatio & solum corruptio. Causa ergo continuitatis est motus totius orbis: causa vero præsentiæ & absentiæ est inclinatio, & eleuatio ipsius zodiaci: quando.n. inclinatur à circulo æquinoctiali ex vna parte eleuatur ex alia: & contingit ꝙ ipsum generans qñq; est prope locum generationis, & quandoque longe, qñ vero distantia generationis non fuerit æqualis, necesse est motum esse inæqualem. Et ideo sicut in adueniẽdo & in prope esse generat rem, ita in recedendo & in longe esse corrumpit idipsum. Et si multotiens in adueniendo secundum vnam medietatem circuli generat, multotiẽs recedendo ſm aliam medietatem corrumpit. contrariorum.n. contrariæ sunt causæ. Consyderandum est autem, ꝙ motus vnius medietatis circuli non est contrarius motui alterius medietatis per se, sed ſm respectum radij ad locum generationis: quia, cum recedit, respicit obliquiori modo, & tunc dominatur frigus mortificans. Ratione ergo modi dicit esse in

T. c. 58.

T. c. 57.

T. c. 24.

Notabile.

obliquo

obliquo circulo contrarietas motus, vel ratione accessus & recessus. Ex hoc aũt concludit, ꝙ tempus generationis est æquale tempori corruptionis, & è conuerso. Quia Sol accedendo per sex signa generat, & per sex signa descendendo corrumpit. Deinde cum dicit.

VATAB.

Quocirca & cuiusq; tempus & vita numerum habent, numeroq; præfiniuntur, omnium.n. ordo est. Et omne tempus ac vita, circuitu mensuratur. verum non eodem omnis, sed alia minori, alia maiori mensuratur: alij siquidem annus, alij maior, alij minor circuitus mensura est.

ANT.

Oẽ tp̃s & vita mẽsurantur periodo.

Ideoq; & tempus & vita vniuscuiusque habet numerum: & hoc modo determinantur. Omnium.n. est ordo. Et omne tempus & vita mensuratur periodo. sed tamen non eadem omnes, sed hi quidem minori, hi autem maiori. his enim annus, his autem maior, alijs autem minor periodus est mensura.

Concludit quoddam corolarium dicens, ꝙ, quia generatio & corruptio inferiorũ causatur à superiori motu circuli obliqui, ideo omne tp̃s, quod est in re temporali, & oĩs vita vniuscuiusq; viui habet numerum determinatum ex circulo cœlesti. Ex ipso.n. consyderatur q̃tum se extendit virtus generantis, sicut patet ex scientia Astronomica. Oĩum.n. inferiorum rerum ordo dependet ex ordine superiorum, & omne tẽpus, & omnis vita periodo mensuratur. Est aũt periodus modulario circuli. dicta à pari, quod est circum, & odos modulario: sed tñ non omnia mensurantur eadem periodo, sed quædã habent maiorem, & quædã minorem. Quorundam.n. periodus est vnus annus. sunt.n. quædam animalia, quæ non viuunt, nisi per annum. Quorundam vero minor, & quorundam maior, secundum ꝙ magis vel minus sunt susceptibilia & receptibilia virtutis sibi infusæ à cœlesti corpore. Deinde cum dicit.

Oĩum ẽ ordo, quo inferiora a superioribus; depẽdeant. Periodus quid.

VATAB.

Apparent autem & ad sensum hisce quæ dicimus consentanea. Accedente nanque Sole generationem fieri, & recedente, corruptionem, & in tempore æquali vtrunque videmus. Nam corruptionis & generationis naturalis tempus æquabile existit. Sed plerunq; accidit, vt in minori corruptio fiat, ob mutuam inuicem conspirationem. Si.n. materies inæqualis sit, nec omni ex parte eadem, generationis quoq, inæquales, & quasdam celeriores, quasdam tardiores esse necesse est. Vnde fit, vt ob horum generationem, alia corrumpi accidat.

ANT. T. c. 58.

Apparent aũt & secundum sensum confessa, his quæ à nobis dicta sunt. Videmus.n. quòd adueniente quidem Sole, generatio est, recedente autem, diminutio: & inæquali tempore vtrunq; æquale.n. est tempus generationis & corruptionis, quæ secundum naturam. Sed contingit multotiens in minori corrumpi propter adinuicem confusionem. Inæquali.n. existente materia & non vbiq; eadem, necesse & generationes inæquales esse: has quidem citiores, has autem tardiores. Quocirca accidit propter horum generationem alijs generari corruptionem.

Equale tp̃s generatiõis & corruptiõis quæ ſm naturã.

Ostendit idẽ ad sensum, dicens, ꝙ ea, quę dicta sunt, vera apparent etiam ad sensum. Videmus.n. ad oculum ꝙ Sole adueniente ad punctum arietis, qñ directe locum nostrum tangit, incipit esse generatio terrę nascentibus, recedente aũt Sole à principio Libræ, incipit rarum diminutio & corruptio. Et vtrũq; fit inæquali tempore, quia tantum, est tempus generationis ſm naturam, quãtum est tp̃s corruptionis, quia tantus est ascensus Solis, quantus est descensus, vt dictum est. Si autem contingat aliqñ corrumpi aliquam rem in minori tempore, hoc est anteq̃ vis generationis cœlestis secundum A rõnem periodi recedat, hoc est per accidens. quia propter confusionem adinuicem, i. pp confusionem quatuor elementorum, quæ sunt materia cuiuslibet generati, vt supra ostensum est. Vel pp confusionẽ Solis, cum alijs planetis contrarium effectum habentibus. Prima tamen expositio magis est ſm literam: quia.n. materia inæqualiter se habet, & non receptibilis virtutis cœlestis, & non eodẽ modo se habet in periodo, necesse est generationes & corruptiones inæquales esse: & ideo erunt quædam citiores, & quædam tardiores. & idcirco accidit propter generationem alijs generari corruptionem, & è conuerso: quia corruptio vnius est generatio alterius, & è conuerso. Ad euidentiam aũt eorum, quę hic dicuntur, duo sunt consyderanda. primum est quid appellet Philosophus generans, secundum est, quid faciat periodum. Circa primum notandum est, ꝙ, cum B superiora agant in ista inferiora per motum & lucem, vt habetur in. 1. Mete. illi maxime attribuenda est virtus generandi, quod maxime lucet, & quod lucẽ suam omnibus tribuens, ipsam à nullo participat. huiusmodi autem est Sol. Vnde ibidem dicitur, ꝙ licet per motum stellarum causetur calor, maxime tñ per motum illius sphæræ, cui Sol existit infixus: quia sicut dicitur in. 1. Mete. ad causandum calorem in istis inferioribus duo requiruntur, s. propinquitas & velocitas mobilis: quæ duo sufficienter sunt in Sole. In cæteris vero stellis deficit alterum: quia in his, quæ sunt supra Solem, licet sit sufficiens velocitas, deficit tñ propinquitas. in his vero, quæ sunt infra Solem, licet sit propinquitas deficit sufficiẽs velocitas. Verumtamen non solum Sol est causa, sed etiam alij planetæ generationis: nisi forte pro tanto dicatur, quia solus Sol lucens lumine proprio oẽs alios planetas illuminat, sicut maxime apparet in Luna. Re- C cipitur tamen lux eius diuersimode in diuersis: & non omnino ſm eandem virtutem, quæ est in Sole: quia vnumquodq;, quod est in alio, est in eo per modum recipientis & non omnino per modum recepti. Circa vero ſm sciendum est, ꝙ non solum accessus vel recessus periodum facit: quia aliter in hieme nullum animal nasceretur, sed potius quodlibet moreretur, & nullius vita deberet extendi vltra annum: quod est manifeste falsum. Sed periodum facit relatio ascendentis signi super orizontẽ ad omnia signa circuli cum suis stellis & planetis in hora gñationis rei inferioris, quæ causatur à circulo cœlesti. Hoc.n. modo mensura quorundam est annus, & quorundam plus vel minus ſm effectus signorum, & fortitudines stellarum, quæ sitę sunt in signis. & hoc modo verum est, ꝙ æquale est tp̃s generationis & corruptionis. Quia à primo signo ascendente in hora D rei, cõputatur profectus rei vsq; ad septimum signum eiusdem circuli, & à signo sexto, vsq; in primum, cõputatur defectus. Et ideo in astrologia, septimum signum vocatur domus mortis, & ascendẽs, vocatur domus vitæ. Et ideo generatio rei vocatur profectus vsq; ad statum, post statum vsq; ad declinationẽ, & à declinat onę vsq; ad mortem vocatur periodus corruptionis: quia æqualia sunt ſm naturam. quia à primo vsq; ad septimum tñ est, quãtum est à septimo vsq; ad primum per aliam & aliam partẽ circuli mensurando: & ideo, si periodus profectus hoĩs sunt. 35. vel 40. anni vt dictũ est à Medicis, periodus defectus tantundem erit: ita ꝙ ętas hoĩs erit. 70. aut, 80. annorum. Potest tñ hoc impediri per accidens, vt per cibum malum. vel per mortem violentam, vel alio quocunq; modo. Et hoc vocat Aristo. materię

Cur violæ & hmõi velocius corrumpãtur.

T. c. 40.

Notabilia. Quid p ge neras intelligatur.

1. c. 1. Sol est generans.

T. c. 5.

Et alij planetæ.

Diuersorũ diuersæ mensuræ.

Septimũ signũ dr domᵘ mortis. Diuersi status vitæ. Breues hominis dies sunt, numerus mensiũ eiᵘ apud te est: cõstituisti terminos eius qui pterjri nõ poterũt, inquit Iob.

materię inæqualitatem: quia, s. per accidentia multa aliter disposita quàm moueatur à circulo. Et ideo diuersimode moriuntur homines citius & tardius, quàm per naturam mortales sint. similiter & alia animalia. & hoc modo ætates sunt omnium rerum: quia planetæ in circulo periodali positi, qñ sunt fortiores, dant plures annos vitæ: & quando sunt debiliores, dant pauciores. Hoc etiam modo innotescit, φ qui sciret virtutes signorum & stellarum in eis positarum, dum nascitur res aliqua, cognosceret quantum est de influentia cœlesti: & posset pronosticari de tota vita rei generatæ, licet hoc necessitatem non poneret, vt dictum est: quia potest impediri per accidens. Deinde cum dicit.

Impedimẽti modi per accidens. Accedit ad textum.

Corollariũ.

VATAB.

Semper autem sicuti, dictum est, generatio & corruptio continentes erunt, nec vnquã deficient, ob eam quam diximus causam. Idq; rõne optima euenit. Nam cum in omnibus quod præstabilibus est natura semper expetere dicatur, præstabilius autem sit esse quam non esse, & quot modis esse dicamus alibi dictum sit. hoc vero in omnibus inesse impossibile sit, propterea quod longe ab ipso principio distent, reliquo modo Deus ipse vniuersum compleuit, continua facta generatione. Nam ita maxime, ipsum esse continenter erit propterea quod illud, semper, inquam, generationem fieri ad substantiam proxime accedit. Cuius rei, vt sæpe diximus, causa, circularis latio est sola. n. continens est. Quocirca & cætera alia, quæ in sese secundum affectus atq; vireis transmutari solent, ceu corpora simplicia, circularem imitantur lationem. nam, cum ex aqua gignitur aer, & ex aere ignis, & rursum ex igni aer, & ex aere aqua, in orbem ire generationẽ ideo dicimus, quia sursum eodem redit, reciprocaturq;. Quare & recta horum latio, circularem imitata lationem continẽs existit.

ANT.

Semper vero, vt dictum est, continua erit generatio & corruptio, & nunquam deficiet propter eam, quam diximus causam. Hoc autem rationabiliter contingit. Quoniam. n. in omnibus inquimus, quod melius est desyderare naturam semper. melius autem est esse quàm non esse. esse autem quot modis dicimus in alijs dictum est. hoc autem in omnibus impossibile existere propter longe à principio distare, reliquo modo compleuit esse Deus faciens continuam generationem. Ita. n. maxime continuabitur esse: quia proxime est substantiæ fieri semper per generationem. Huius autem causa, vt dictum est multotiens in circuitu allatio: sola. n. continua. Ideo & alia quæcunque transmutantur adinuicem secundum passiones & potentias, v. g. simplicia corpora imitantur in circuitu allationem. quoniam. n. ex aqua aer generatur, et ex aere ignis, & rursus ex igne aqua in circuitu dicimus circuire generationem: quia rursus reuertitur. Quocirca & recta allatio assequens eam, quæ in circuitu continua est.

Natura semper desiderat qđ melius est melius est autem esse quam non esse.

De fine.

Ponit continuitatem generationis ex parte finis: & hoc primo, secundo ex determinatis soluit quandam quæstionem antiquorum, ibi { Simul autem manifestum. } Dicit ergo primo, φ generatio & corruptio semper erunt, vt dictum est, solum per continuũ motum, qui est causa efficiens cõtinuitatis eius, vt diximus, sed hæc rationabiliter contingit etiam ratione finis. Natura. n. semper desyderat quod melius est: melius aũt esse est q̃ non esse, cum ergo naturale desyderium non possit esse frustra, oportet φ res naturales habeant semper esse: hoc autẽ est esse diuinum. Et quia impossibile est existere in oĩbus: quia quædam sunt, quæ longe distant à primo principio, sicut sunt res materiales generabiles & corruptibiles, & illa sunt quæ modicum participant de esse diuino: & ideo alio modo compleuit Deus materiæ desyderiũ perpetuando, s. eius esse per continuam generationem. Hoc. n. modo continuatur esse, quia, s. contingit semper fieri generationem proxime substantiæ, s. semper contingit generari substantiam eiusdem speciei cum gñante. Non. n. generans generat sibi idem numero, sed idem specie, vt infra dicetur. Sic igitur continua est generatio ratione finis. Quæ aũt sit causa efficiens, dictum est multotiens: quia motus circularis cœlestis corporis. Iste n. est solus continuus & perpetuus, vt probatum est in. 8. Phy. Ideo aũt alia, quę adinuicem transmutantur per passiones & potentias suas, cuiusmodi sunt simplicia corpora quatuor elementorum, sequuntur quodãmodo circularem motum, dum adinuicem circulariter transmutantur. Quando. n. ex aqua generatur aer, & ex aere ignis, & iterum ex igne aqua: tũc dicimus φ sit gñatio circularis: & ideo recta allatio. i. motus rectus, qui est in elementis, consequens eam, quę est in circuitu, est continua. quia Sole recedẽte, conuertuntur elementa superiora in inferiora. accedente vero, conuertuntur inferiora in superiora, & sic faciunt circuitum perpetuum s̃m naturam. Deinde cum dicit.

Esse est diuinum & est naturaliũ finis.

T. c. 70.

T. c. 73. Elẽta in generatione imitant circularẽ motum.

VATAB.

Ad hęc ex hisce colliquet id quod nõnulli addubitant, cur cum corporum quodq; ad suum feratur locum in tempore infinito corpora diducta separataque non fuerunt. Nam mutua in sese migratio, huiusce rei causa existit. Si. n. in suo quodq; loco mansisset, nec à vicino fuisset trãsmutatum, iam iam separata forent atq; discreta. Transmutatur igitur oblationẽ quæ duplex est. & quia transmutationem subeunt, fieri non potest vt ex ipsius vllum aliquo in loco statuto maneat. Quod igitur generatio sit atq; corruptio, & quam ob causam, & quid generabile & corruptibile, ex hisce quæ diximus manifestum est.

ANT. T. c. 60.

Simul autem manifestum ex his, quod quidam quærunt, quare vnoquoq; corporum in proprium allato regionem in infinito tempore non distant corpora. Causa. n. huius est, quæ adinuicem transitio. si. n. vnumquodq; maneret in sua ipsius regione, & non transmutaretur ab eo quod prope, iam vtiq; destitissent. Transmutantur quidem igitur propter allationem duplicẽ. Quia vero transmutantur, non contingit manere vllum eorum in aliqua regione definita. Quod quidem igitur est generatio & corruptio, & propter quam causam: & quid generabile & corruptibile, manifestum ex his quæ dicta sunt.

Ex determinatis soluit, quãdam quæstionem. Dicens φ his determinatis simul manifestũ est quod quidam quærunt, s. quare elementa iam infinito tempore transacto non distant abinuicem separata & ordinata in proprijs locis: cum vnumquodq; moueatur ad suam regionem. causa. n. huius est mutua trãsmutatio eorum: quia vnumquodq; mutatur in quodlibet, vt supra ostensum est. si. n. vnumquodq; maneret in sua propria regione, & non transmutaretur ab alio elemẽto, quod est iuxta ipsum, iam diu destitissent transmutationes abinuicem vel etiam defecissent actiones & passiones. sed, sicut dictum est, transmutantur adinuicem s̃m generationem & corruptionem, propter motum continuum obliqui circuli, qui diuersificatur nobis per accessum & recessum. quia aũt sic adinuicem transmutantur, nullum eorum manet ordinate in suo loco: sed q̃um vnum accipit de natura propinqui, tũ etiam accipit de loco eius, & permiscetur ei. Vnde terra & aqua vaporantia tendunt ad locum aeris & permiscentur cum eo. Et similiter, qñ ignis & aer frigore inspissantur, vadũt ad locum terræ &

Solo pulchri dubij.

T. c. 24.

Elnta non sunt vbiq; pura

terrę & aquæ, & permiscentur cum eis. Et ideo elementa non sunt vbiq; pura, sed in partibus, in quibus se contingunt, sunt permista. Quod auté dictum est de transmutatione elementorum, intelligendum est secundum partem, & non totum: aliter enim destrueretur mundus. Vltimo epilogat quæ dicta sunt, & est planum in litera. Deinde cum dicit.

Notabile.

VATAB. *Cum autem sit necesse quippiam esse mouens si futurum est vt sit motus, quemadmodum antea dictum est in alijs, et si motus semper sit semper esse quippiam mouens, & si continuus vnum idemque & immobile & ab alteratione generationeúe immune, & si plures sint motus circulares plura quidem, sed omnia hęc quodammodo sub vno esse principio necesse sit, & cum tempus sit continuum motum esse continuum, siquidem fieri nequit, vt sit tempus sine motu, tempus profecto continui cuiuspiam numerus erit. Eius igitur qui in gyrum fit sicuti in hisce,* B *quæ initio diximus, præfinitum est.*

ANT. T. c. 61. *Quoniam autem necesse est esse aliquid mouens, si motus erit, vt dictum est prius in alijs: &, si semper, quòd oportet aliquid esse semper: & si continue, vnum, et idem, & immobile, & in alterabile, & ingenerabile: &, si multi qui in circuitu motus, multa quidem, omnia autem æqualiter esse hæc necesse est sub vno principio eße. Continuo autem existente tempore, necesse est motum eße continuum, cum impossibile sit tempus sine motu eße. Continui igitur alicuius tempus est numerus. eius quidem, qui in circuitu ergo, quemadmodum in his quæ à principio determinatum est.*

Motus continuitas.

Probat quoddam, quod supposuerat. dixerat.n. supra ꝙ continuitas generationis est ex continuitate motus. sed, quia in isto libro non probauerat motum esse continuum & sempiternum, ideo primo ostẽdit motus continuitatem, secundo dicit, vnde talis motus contin- C uitatem habeat. ibi { Continuus autem motus. } Dicit ergo primo, ꝙ sicut dictũ est in. 8. Phy. & in. 12. Meta. T. c. 48. ꝙ, si est motus, oportet ꝙ sit mouens: & si semper est motus, oportet semper esse mouens. & si semper & continue mouẽs mouet, oportet ꝙ sit vnum, tamen immobile ſm locum, & in alterabile, & ingenerabile. Dictũ est autem, ꝙ, si sint multi circulares motus, oportet esse multos, motores: ita tamen ꝙ omnes sint æqualiter ordinati sub vno vniuersitatis principio, quod mouet primum motum: sicut demonstratum est in. 12. Primæ Philosophiæ. Quod autem motus sit continuus, probatur ex tempore, quod est secundum naturã continuum T. c. 43. & non deficiens. Imposibile.n. est ꝙ tempus sit sine motu, sicut imposibile est ꝙ passio sit sine proprio subiecto. est.n. tempus numerus alicuius continui motus. est ergo numerus motus circularis: quia sicut determi- D natum est in his quæ in principio diximus. i. in Octauo Physi. nullus motus potest esse continuus & perpetuus, nisi solus circularis. Deinde cum dicit.

Impos̃e est tp̃s esse sine motu.

T. c. 73.

VATAB. *Sed vtrum motus ideo sit continuus quia id quod motum subit continuum sit, an quia id, in quo fit motus, locus, inquam, aut affectus?*

ANT. T. c. 62. *Continuus autem motus, vtrum quia quod mouetur continuum est, aut in quo mouetur? velut locum dico, aut passionem.*

Inquirit vnde motus habeat continuitatem. Et circa hoc duo facit. primo mouet quæstionem, secundo soluit. ibi { Manifestum itaque. } Quærit ergo, cum motus sit continuus, habet ne continuitatem propter hoc quòd mobile sit continuum, vel propter locum, in A quo est motus: vel propter passionem ad quam est motus. Deinde cum dicit.

Palam sane est, motum ideo continuum esse, quia id quod mouetur continuum est. Nam quo pacto continuus est affectus, nisi quia res ea, cui accidit, continua est? Si vero & quia id in quo hoc, soli loco competit. quippe qui magnitudinem quandam habeat. è magnitudinibus autem sola circularis continua est, adeo vt ipsa sibi semper continua sit. Corpus igitur circulare, quod ferri assolet, motum facit continuum, motus vero, tempus. VATAB.

Manifestum itaq; quia in quod mouetur. Quomodo.n. passio continua est, nisi quia res cui accidit continua est. Si autem & quia id in quo mouetur, continuum est, hoc soli loco inest magnitudinem.n. aliquam habet. huius autem quòd circulo solum continuum. quocirca idem sibiipsi semper continuum. Hoc igitur est quod facit continuum motum, quod in circuitu corpus fertur: motus autem tẽpus. ANT.

Respondet dicẽs manifestum esse, ꝙ motus cœlestis est continuus: quia id, quod mouetur, est continuũ, & non quia locus, in quo est motus: q̃a primus orbis non est in loco per se, nec est motus cõtinuus ab eo: & ideo non est continuus ab eo loco, in quo mouet. Motus.n. in genere non habet continuitatẽ ab eo in quo mouetur: quia aliq̃n est motus in passione, quæ non est continua, nisi per accidẽs: quia id cui accidit est cõtinuum. Si aũt aliquis motus sit continuus ab eo, in quo mouetur: hoc habebit solus motus localis: q̃a locus habet quandã magnitudinem & continuitatẽ. Sed nec oĩs motus localis, sed solus circularis: q̃a quod mouetur circulariter est idẽ & ſp, & seipso continuum: & ideo facit motũ sempiternum & cõtinuũ: mot⁹ sempiternus facit tp̃s sempiternũ.

LECTIO XI.

C Quæ nam necessario, & quæ contingenter fieri cõtingat.

Cum autem in hisce quæ per ortum alterationemúe, aut omnino transmutationem continenter mouentur hoc post hoc deinceps esse ac oriri in tantum vt non deficiant, videamus, vtrum quippiam sit quod erit necessario an nihil, sed omnia non fore contingat, considerandum est. VATAB.

Quoniam autem in continue motis secundum generationem, aut alterationem, aut uniuersaliter transmutationem, huiusmodi videmus ordine quodam esse ac generari hoc post hoc ita, vt non deficiat, videndum est, vtrum est aliquid quod erit ex necessitate, aut nihil, sed omnia contingit non fieri. ANT. T. c. 63.

Postq̃ Philosophus determinauit de principijs generationis & corruptionis, & continuitatis eius, In parte ista mouet quæstionem quandam, quæ potest oriri ex predictis. Cum.n. dictum sit, ꝙ motus circularis sit cau- D sa gñationis & corruptionis & perpetuitatis, siue continuitatis earum: & ostensum sit ꝙ iste motus sit ex necessitate continuus & sempiternus, non est ostensum ꝙ effectus eius debeat esse necessarius. Et ideo hic quærit Philosophus, vtrum oĩa, quæ generantur ex necessitate generentur. Et circa hoc duo facit. primo mouet quæstionem, secundo ostendit q̃ũo sit generatio infinita. ibi { Siquidem.n. in infinitum. } Circa primum duo T. c. 68. facit. Primo mouet quæstionem, & breuiter soluit, secundo repetit, vt eam melius declarat. ibi { Vtrum igitur omnia talia. } Circa primum duo facit. Primo mo T. c. 65. uet quæstionem, secundo soluit. ibi { Quoniam.n. quidem. } Dicit ergo primo, ꝙ, quia nos videmus in omnibus continue motis, siue secundum gñationem, siue ſm alterationem, siue vniuersaliter secundum omnem transmu-

An aliquid ex necessitate generet.

transmutationem moueantur, ꝙ post trāsmutationem est ens: & videmus, ꝙ vnum generatur post aliud, & non deficit: videndum est, vtrum aliquid ex necessitate generetur, vel incidentaliter, sed omnia contingit esse generata & non generata. Deinde cum dicit.

VATAB. *Palam.n.est, quòd nonnulla. Atque continuo fore & esse futurum, hac de causa, diuersa sunt. Nam de quo verum est dicere ipsum fore, de eo tandem hoc, ipsum, inquam, esse, verum sit oportet. de quo vero nunc verum est dicere, ipsum esse futurum, hoc non fore nihil vetat. Nam tametsi futurum est vt quispiam ambulet, tamen fieri potest vt non ambulet.*

ANT. T.c.64. *Quoniam enim quædam manifestum. & quia mox erunt & futurum aliud propter hoc. Quod quidem enim verum est dicere quia erit, oportet hoc esse quandoque verum, quia est. quod autem nunc verum dicere, quia futurum est, nihil probibet non fieri, futurus enim incedere quis non incedet.* F

Futurus incedere quis nō incedet.

Ponit solutionem: & primo ponit eam, secundo probat. ibi {Vniuersaliter autem qm̄ contingit.} Dicit ergo primo, ꝙ manifestum est in quibusdam, ꝙ mox, vt erunt quædā alia, generantur ex necessitate, & propter illa sint. Vt si terra madescit, necesse est terrā vaporare, & ex vapore nubem generari, & ex nube pluuiā, & ex pluuia terram madefieri, & ex illa necesse est iterū exire in vaporem, & sic in infinitū. cum.n. de aliqua re in sua causa efficiēte, & materiali determinata, verum est dicere nunc qm̄ erit, & oportet illam aliqñ existere: sicut patet in prędictis exemplis. Aliquid tñ futurum esse non habens eām determinatam, nihil prohibet contingere non esse. v.g. verum est nunc dicere de aliquo ꝙ ipse est futurus incedere, potest tñ impediri propositum eius, & ita non incedet. Deinde cum dicit.

VATAB. *Omnino autem cum ex entibus nonnulla & esse et non esse contingat, quòd & ea quæ gigni solent, ita sese habebunt, & non necessario erunt apertum est.* G

ANT. T.c.65. *Vniuersaliter autem quoniam contingit quædam entium esse, & non esse, manifestum quoniam, & quæ generantur ita habebunt, & non ex necessitate hæc erunt.*

supra tex. cō. 51. post medium.

Probat prædictam solutionem: & est ratio sua talis, sicut est in entis diuisione, ita vniuersaliter est in generatione: sed in entibus ita est, ꝙ quædam sunt cōtingentia esse & non esse, & quædam non contingunt non esse, sed sunt ex necessitate: ergo ita est in generatione, quia quædam ex necessitate generabuntur, & quædam contingit generari. Deinde cum dicit.

VATAB. *Vtrum igitur vniuersa sint eiusmodi? An non. sed aliqua simpliciter fore necessarium sit. Et sicut in ipso esse fit, vt quædam non possint non esse, quædam possint non esse, sic & in ipsa quoq; generatione. v.g. solstitia fore necesse est, nec fieri potest vt non contingant. Si igitur prius fore necesse est si posterius erit, vt si domus fundamentum, si vero fundamentum lutum: nonne ergo si fundamentum, factum est, domum quoq; fore necesse est?* H

ANT. T.c.66. *Vtrum igitur omnia talia? aut non, sed quædam necesse simpliciter fieri. Et est, quemadmodum contingens in esse hæc quidem impossibile non esse, hæc autem possibile, ita & circa generationem. v.g. conuersiones necesse est fieri, & non possibile est non contingere.* T.c.67. *Si igitur quod prius necesse est fieri, si quod posterius erit. v.g. si domus & fundamentum, si vero hoc, lutum prius: ergo, si fundamentum factum est, necesse & domum fieri.*

Repetit prædictam quæstionem, vt melius eam declaret: & circa hoc duo facit. & primo ponit eam, secundo soluit eam. ibi {Aut non adhuc} Quærit ergo primo, vtrum omnia quæ generantur sint talia, ꝙ ex necessitate generētur, aut non sunt talia omnia, sed aliqua contingenter, vel quędam necessario, ita, s. ꝙ sit sicut in rebus, ꝙ quædam sunt contingentia & possibilia non esse, & quędam necesse est simpliciter esse, quæ impossibile est non esse. An ita est circa generationem, ꝙ quædam necessario generētur quibusdam generatis, & quædam non possibile generari non generatis illis, v.g. si est necesse fieri conuersiones, i. cum videamus ꝙ vniuersaliter generato posteriori, necesse sit generatum prius esse: an necesse sit è conuerso, s. generato priore necesse sit generari posterius. v.g. nos videmus, quòd, si domus est generata, necesse est fundamentum esse generatum, & si fundamentum est, necesse est priusquam ita fuerit generatum, fuisse lutum. Quæramus ergo vtrum conuertatur, quòd, si fundamentum est generatum, quòd etiam domus sit generata, vel non conuertitur. Deinde cum dicit.

VATAB. *An non adhuc, nisi & eam fore simpliciter necesse sit? quòd si hoc sit facto fundamento, fore domum necesse est. Nam sic prius sese habet ad posterius. Qua de causa si hoc erit, ante fore illud, est necesse. Si itaque est necesse fore posterius prius quoq; necesse est, & si prius, & posterius. Verum non ob illud. sed quia necessario, futurum supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est, in hisce recurrit, semperque, si prius est factum, posterius fore necesse est.*

ANT. *Aut non adhuc si non & illud necesse generari, aut non necesse est esse adhuc si autem & id necesse generari simpliciter. si esset hoc & fundamento generato, necesse generari domum. sic enim prius se habet ad posterius. Quare, si illud erit, necesse illud prius generari. Si igitur necesse generari & quod postea, & quod prius necesse. &, si quod prius, & quod posterius, igitur est necesse. Sed hoc non est propter istud, sed quoniam subiectum est ex necessitate futurum. In quibus igitur quod postea necesse est esse, in his conuertitur: & semper priori generato, necesse generari quod postea.*

Soluit propositam quęstionem dicens, ꝙ non est necesse conuersionem fieri, ita ꝙ vno generato generetur aliud, & è conuerso ex necessitate: nisi generato priori simpliciter necesse sit generari posterius. Si autem ita fuerit in domo & fundamento, ꝙ, s. generata domo necesse sit necessitate absoluta generari fundamentum, tunc etiam necesse est fundamento generato generari domum. Sic.n. ostensum est supra, ꝙ prius hoc modo se habet ad posterius, i. ꝙ vno generato gñatur aliud, & è conuerso. quia, si posterius est generatum. necesse est generari prius, & è conuerso: & si posterius necessario generatur, necesse est generari prius, & conuertitur. quia, si illud, quod est prius generatum, puta fundamentum, necesse est generari, quod est posterius, puta domum. Sed, si vere loquamur, non propter illud, quod domus sit causa generationis fundamenti: sed quoniam subiectum sit ex necessitate futurum, fuit necessitas suppositionis ex hypotesi: quia posito toto necesse fuit supponi & partem, & ideo non conuertitur. Conuertitur autē in omnibus in quibus posterius generatur à priori, sicut ex tota causa materiali tota manente, quodam continue accedente & recedente: quia in talibus, priori semper generato, necessario gñatur posterius, & è conuerso. Est ergo summa solutionis in hoc, ꝙ, qñ termini generationis ita se habent, ꝙ vterq; sit tota materia alterius

terius, & è conuerso: sicut est in exemplis terræ cõplutæ vaporis, nubis, & pluuiæ: & similiter in gñatione elementorum sub circulo decliui, tunc necesse est q vno generato generetur aliud, & è conuerso. & hoc ideo, quia vtrũq; est prius & posterius respectu alterius. Qñ vero vnum non est tota materia alterius, sicut fundamentũ non est tota materia domus, tũc non est necesse q priori generato, gñetur posterius, sicut fundamento generato non est necesse generari domum, domo tñ generata necesse est gñari fundamentũ: non quidẽ necessitate absoluta, sed ex suppositione, dato, s. q fundamentũ sit pars domus: qa posito toto, necesse est poni partẽ.

Resolutio quæstionis. Qñ vno generato necessario sequitur aliud. Qñ non necessario vnum sequitur aliud.

LECTIO. XII.

Generationem non esse infinitum in rectum, sed in circuitu, probatur.

VATAB. *Quod si deorsum versus, in infinitum abeant, haudquaquam ex posterioribus hocce fore simpliciter, sed nec ex suppositione quidem erit necesse.*

ANT. Tex. c. 68. *SI quidem enim in infinitum tendit, & ad inferius, non erit necesse eorum, quæ postea, hæc generari simpliciter, sed neque ex suppositione.*

In isto loco Philosophus ostendit ex prædictis quõ generatio sit infinita: quia, s. in circuitu, & non sm rectum. & primo hoc facit, secundo mouet quasdã quæstiones. ibi { Quare ergo hæc quidem. } (Tex. c. 70.) Circa primũ duo facit. Primo pbat q generatio sit infinita non sm rectum, sed in circuitu. Primo per diuisionem, scdo per causam. ibi { Et aliter apparuit. } (Tex. c. 69.) Circa primum duo facit. Primo probat q gñatio non potest esse infinita sm rectum, secundo recolligit rõnem & ordinat eam. ibi { Necesse aũt. } Circa primum intendit Philosophus talem rõnem, si generatio est sm rectum non erit ex necessitate & semper: sed generatio est ex necessitate, vt ostensum est: ergo non est sm rectum. In ista ratione sic pcedit. Primo ponit Maiorem, secundo Minorem. ibi { Sed oportet semper gñationem. } Tertio conclusionem. ibi { Si igitur alicuius. } Circa primum duo facit. Primo probat q generatio non est necessaria in infinitis sm rectum, secundo in habentibus finem. ibi { At vero neq; in finem habentibus. } Circa primum duo facit. Primo proponit, secundo probat. ibi { Semper. n. alterum anterius. } Ad euidentiã primæ partis sciendum est, q sicut supradictum est, in his quæ gñantur adinuicem, semper vnum est prius, & alterũ posterius, & necesse est generato priori, generari posterius, & è conuerso in his, in quibus est necessitas absoluta. In his vero, in quibus est necessitas ex suppositione, oportet aliquid esse prius, & aliquid posterius. Dicit ergo primo, q, si generatio tendit in infinitum, siue superius ad generata, siue inferius ad generanda, non est necesse nec necessitate absoluta, nec necessitate ex suppositione, generari eorum quæ postea, i. aliquid, quod sit de numero eorum, quæ sunt post. Quod est contra id, quod supra est probatum. vbi dictum est, q generato priori, necesse est generari posterius. Deinde cum dicit.

Ratio quã Philosoph. intendit.

VATAB. *Nam semper aliud ante necessario erit: quo circa & illud fore necessarium erit. Quare, si infiniti non sit principium, nec primum quicquam erit, ob quod fore erit necessarium.*

ANT. *Semper. n. alterum anterius necesse esse: ideo et necesse illud generari. Quocirca, si non est principiũ infiniti, neq; primũ aliquid erit, propter quod nil necesse erit generari.*

Probat propositum, dicẽs, q in his, quorum primo genito necesse est aliud, s. posterius generari quacunque necessitate, semper alterũ est ante, & aliud post. sicut ante est terra madefacta, quàm vaporatio: licet etiam in conuersione ante sit vaporatio quàm terra madefacta: quia vtrunq; se habet ad vtrunq;, vt prius & posterius. Similiter est prius fundamentum quàm sit domus. sed in infinitis nullum est primum, & per consequens nec postremum: ergo non est necesse generari, & ita non est necessaria generatio. Deinde cum dicit.

VATAB. *At vero nec in hisce quidem, quæ finem habent atque terminum, hoc vere dici continget, simpliciter, inquam, fore quippiam, ceu domum, cùm factum fuerit fundamentum. Nam cùm fuerit factum, nisi semper eam fieri sit necesse, semper id esse, quod potest non esse, eueniet.*

ANT. *At vero neq; in finem habentibus hoc est dicere vere, quòd necesse est simpliciter generari. v. g. domum, quando fundamentum generatur. Quando enim generatur, nisi necesse est generari semper, hoc accidet semper, esse contingens semper non esse.*

Ostendit q generatio non possit esse infinita in habentibus finem dicens, q neq; est verum dicere in habentibus finẽ q necesse sit simpliciter generari. Et est intelligendum, q, si non fiat reiteratio: quia si in talibus generatio reiteretur, tunc erit circularis, & non solum recta. v. g. non est necesse generari domũ, fundamento generato. si. n. qñ fundamentum est gñatum, necesse est semp generari hoc, i. domum, sequeretur q illud quod contingit non semper esse, semper esset. Cum autem videamus ad sensum q non semper generatur domus generato fundamento, sequitur, q non sit necesse generato fundamento generari domum. Deinde cum dicit.

VATAB. *At generatione semper sit est necesse, si ipsius generatio necessario sit. nam necessario & semper, simul sunt. quod n. esse est necesse, non potest non esse. Quare si quid necessario est, sempiternum est. & si sempiternum est, necessario est. Si itaq; huiusce generatio necessario est, sempiterna est, & si sempiterna, necessario.*

ANT. *Sed oportet semper generationem esse, si ex necessitate est eius generatio: ex necessitate. n. & semper simul quod enim est necesse, non possibile non esse. Quocirca si ex necessitate est, sempiternum est: & si sempiternum, ex necessitate. Et, si generatio igitur ex necessitate, perpetua est generatio huius: & si sempiterna, ex necessitate.*

Esse sempiternũ & ex necessitate conuertuntur.

Ponit Minorem, & probat eam, quia manifesta est per prædicta. Vnde dicit, q generatio est semper, quia generatio eius, s. posterioris ex necessitate absoluta est generatio prioris: quod autẽ est ex necessitate, & quod est semper simul sunt: quia, si vnum est, & reliquum. & hoc sic probat: quia illud, quod necesse est esse, impossibile est non esse: & quod impossibile est non esse, necesse est semper esse. Quocirca, si aliquid est ex necessitate, est sempiternum: & è conuerso. si est sempiternum, est ex necessitate. Deinde cum dicit.

VATAB. *Si igitur generatio cuiuspiam necessario simpliciter sit, in orbem eat eodemq; reuertatur necesse est.*

ANT. *Si igitur alicuius ex necessitate generatio simpliciter necesse circuire & reuerti.*

Cõcludit q alicuius generatio est ex necessitate simpliciter, & non ex suppositione, cum non possit esse secundum rectum, vt ostensum est, necesse est q sit circularis & per reiterationem. Deinde cum dicit.

Nam generationem, aut terminum habere, aut non habere, necesse est. Et si non habeat, aut in rectum, aut in circulum. Horum autem, si sempiterna sit, in rectum nunquam

ulme possibile est quia nequaquam sit principium, neque deorsum, vt in futuris accipimus, neq; sursum vt in hisce quæ iam facta sunt. At esse principium, si finita non sit, atq; eam sempiternam esse, necesse est. Quocirca circularis sit, est necesse. Igitur, regressum fieri necesse erit. vt si hoc necessario sit, ergo & prius at vero si hoc, et posterius fore erit necesse. Atque hoc semper continue. nihil. n. refert, per duo an plura hoc dicamus. Igitur necessario simpliciter, circulari motui atque generationi competit. Et si in orbem fiat generatio, fore quodq; & esse factum necesse est. & si necesse sit, horum generatio circularis erit. Hæc itaq; non sine ratione accidunt, posteaquam motus ille circularis atq; cœlestis perpetuus est.

ANT. *Necesse igitur aut finem habere generationem, aut non. &, si non, aut in rectum, aut in circuitu. Horum autem si erit sempiterna, in rectum impossibile est: quia nequaquam est principium neq; si inferius, vt ad futura inspiciamus neq; superius, vt ad generata.* F *Necesse autem principium, quoddam esse, si non sit finita, & sempiternam esse oportet. Ideo necesse in circuitu esse. Conuerti igitur necesse erit. v. g. si hoc ex necessitate est, & quod prius ergo: sed si hoc, & quod posterius necesse generari, & hoc semper iam cõtinue. nihil. n. hoc differt dicere per duo aut multa. In circuitu igitur motu & generatione est quod ex necessitate simpliciter. & si in circuitu necesse generari*

Tex. c. 69. *& generata esse. Et si necesse, horum generatio in circuitu. Hoc vtiq; quidem est rõnabiliter, quoniam perpetuus.*

Recolligit rõnem & ordinat dicens, ꝙ necesse est ꝙ generatio aut habeat finẽ aut non. Sed ꝙ non habeat finem supra probatum est, tam ex parte motus in. 1. Lib.

Tex. c. 27. Tex. c. 56. vsq; ad. 59. q̃ ex parte motus & ex parte finis in Scđo. Si ergo non habet finem, aut est infinita ſm rectum, aut in circuitu sed, sicut supra ostensum est, non est possibile ꝙ sit infinita ſm rectum: quia in infinitis non est principium. G neq; ad inferius, i. ad futura gñanda, neq; ad superius, i. ad præterita generata. Cùm aũt generatio nec habeat principiũ, nec sit finita, necesse est ꝙ sit sempiterna, & per consequẽs sit in circuitu: & si est in circuitu, necesse est eam cõuerti ab vltimo in primum. v. g. si hoc est ex necessitate gñatum ab hoc, sicut terra cõpluta à pluuia, necesse est ꝙ gñatum illud, quod fit est prius, s. pluuia generatum, &, si pluuia est generata, necesse est ꝙ prius fuerit aliqd gñatum, s. nubes: & si nubes, oportet prius ꝙ fuerit vapor: & si vapor, oportet prius ꝙ fuerit terra madefacta, & sic aliqñ reuertitur in primum, & sic sit continua: q̃ nihil differt dicere, ꝙ cõuersio fiat per medium vnum, vel per duo, vel per plura, dũmodo ab vltimo redeat in primum. Necessarium ergo simplr̃ est, ꝙ vnum gñetur ab altero in motu & generatione, quę est in circuitu: & si aliqua necesse est in circuitu generari, H necesse est ista simplr̃ generari. & è conuerso, si necesse est ista simpliciter gñata esse, ista necesse est in circuitu generari: hoc ergo, s. ꝙ gñatio sit perpetua, non in rectũ sed circulariter, rõnabiliter apparuit. Deinde cũ dicit.

Quæ in circuitu generant, necessario & simpliciter generãtur, & e contra.

VATAB. * Deficit forte textus iste.

* *Nam hæc necessario fiunt & erunt, quæcunq; huiusce motiones sunt, & quæcunq; propter hunc fiunt motum. Nam si id, quod in vrbem mouetur, aliqua semper moueat, eorum quoq; motum circularem esse necesse est. vt si supera latio orbita sit, Sol orbita mouetur. Quoniam autem hoc pacto mouetur, hac sanè de causa, anni tempora in circulum fiunt redeuntq;. Quæ cùm ita fiant, omnia profecto, quæ sub ipsis sunt, haud secus fient.*

ANT. *Et aliter appareat in circuitu motus & qui cœli: quoniam ex necessitate hæc generantur & erunt quæcunque* E *huius motus & quæcunque propter hunc. Si. n. quidem quod in circuitu mouetur semper aliquid mouet, necesse & horum in circuitu esse motum v. g. superiori allatione existente in circuitu, & Sol sic. Quoniam autem sit hoc; horæ propter hoc in circuitu generantur & reiterantur. his autem generatis, ita iterum & quæ ab his.*

Ostendit hoc idem per causam dicens. Quòd aliter potest etiam hoc idem demonstrari, s. per motum cœli. quia. n. ipse est in circuitu, ideo ex necessitate elementa adinuicem generantur. Si. n. motus cœli est in circuitu, oportet ꝙ quęcũq; sunt passiones huius motus, & quęcunq; sunt per hunc motum solum, sicut per causam efficiẽtem, ꝙ etiã illa sint. Si. n. quod in circuitu mouetur mouet elementa, necesse est etiam ꝙ motus horũ, quæ sunt passiones eius, & ꝙ motus eorum quæ sufficienter gñantur ab hoc sint etiam ex necessitate. v. g. cum allatio superioris, hoc est circuli decliuis, fit in circuitu, necesse est ꝙ moueantur ẽt alij planetæ. Quia vero hoc, i. Sol mouetur in circuitu, necesse est etiam horas in circuitu generari & iterari: horis aũt in circuitu generatis, necesse est ꝙ omnia, quæ sunt à causa efficiente, sicut à motu Solis, & motu horarum, sint etiã generata ex necessitate & in circuitu: & hæ sunt generationes elementorum: quia ex istorum generatione omnia alia generantur, maxime omnia tẽporalia. Deinde cum dicit.

VATAB. *Cur nam igitur quædam ita fieri videntur nempe circulatim oriri; vt pluuia & aer. nam si nubes erit, pluat etiam oportet, & si pluet, nubem quoq; fore conuenit. homines vero & animalia in sese non redeunt remeantque ita, vt idem rursum oriatur? non enim si pater sit, te fore, sed illum si tu sis, necesse est.*

ANT. T. c. 70. *Quare ergo hęc quidem ita videntur. v. g. aer et aqua in circuitu generantur. Et, si quidem nubes erunt, oportet & pluere: &, si pluet, oportet & nubem esse. homines vero & animalia non reiterantur in seipsos, vt rursus generetur idem. non enim necesse est si pater tuus generatus est, & te generari, sed, si tu, illum.*

Mouet duas quęstiones. secundam. ibi { Principium autem intentionis. } Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem, secundo soluit. ibi { In rectum itaque. } Quærit ergo primo, quare in quibusdam esse videtur, ꝙ in circuitu generantur. v. g. aer & aqua, & cætera elementa: quia si nubes erit, oportet pluere, & si pluet, oportet nubes esse, & iteratur. in quibusdam vero non est ita. nam homines & animalia non reiterantur. non. n. est necesse te generari, si pater tuus est generatus: sed, si tu es generatus, necesse est patrem tuum generatum fuisse. Deinde cum dicit.

VATAB. *Hæc autem generatio in rectum proficisci videtur.*

ANT. *In rectum itaque videtur hæc generatio esse.*

Solutio. In qbus circularis generatio sit. Tex. c. 67.

Soluit dictam quæstionem dicens. Quòd quare animalia non reiterantur est, quia eorum generatio est secundum rectum, & non secundum circulum. Nam, sicut supra dictum est, vbi vterq; terminorum non est tota materia ad alterum, vt vno motore diuersimode se habente educatur vtrunq; de vtroque, in his non est generatio circularis, sicut in te & patre tuo: quia pater tuus non est tota materia tua: in elementis vero vnum est tota materia ad aliud, & vno motu decliuis circulo potest educi vnumquodq; ab altero: & ideo in eis est generatio circularis. Deinde cum dicit.

VATAB. *Rursum autem hoc consyderationis initium sumatur, simili ne modo vniuersa redeant, an non, sed quædam numero, quædam specie solum.*

Principium

Principium autem inte... ionis rursus hoc: vtrum similiter omnia reiterantur, aut non, sed hoc quidem numero, hoc autem specie solum.

Quæstio secunda. Ponit aliam quæstionem: & primo ponit, secundo soluit ibi { Quorum quidem igitur. } Quia.n. probatum est ꝙ generatio sit perpetua per reiteratioẽ, posset aliquis credere, ꝙ omnia eadem reitetantur: & ideo dicit, ꝙ principium intentionis in hac vltima parte, est quærere, vtrum omnia similiter reitetantur aut non, sed hæc quidem reiterantur eadem numero, alia vero solum eadem specie. Ex quo.n. omnium est generatio Vñ quæstio oriatur. secundum materiam, videtur ꝙ omnia eadem secundum numerum debeant iterari. Deinde cum dicit.

VATAB. *Quorum igitur substantia motuum subiens incorruptibilis est, ea omnia, vt patet, etiam numero eadem redire solent. nam motus, id comitari solet quod motu cietur. quorum vero non, sed corruptibilis, specie non idem numero, reuerti necesse est. Quocirca, cum ex aere aqua fit, & ex aqua aer, aer specie idem, non numero, redit. Quod si & eadem numero aliqua redeant, non tam... ea quorum substantia ortum subit, eiuscemodi exist... quæ non esse possit.*

ANT. *. Quorum quidem igitur incorruptibilis substantia mota, manifestum, quoniam & numero eadem erunt. motus.n. sequitur quod mouetur. quorum autem non, sed corruptibilis necesse specie, numero autem non reiterari. Ideo* Mot⁹ sequit mobile. *aqua ex aere, & aer ex aqua, specie idem, non autem numero. Si autem & hæc numero, sed non quorum substantia generatur, ens tale quale contingit non esse.*

Solutio. Soluit hanc quæstionem dicens. Quòd ea, quorum substantia non corrumpitur in mutatione, manifestum est, ꝙ iterantur eadem numero, sicut Sol reiteratur in obliquo circulo: quia motus sequit̃ id, quod mouetur: quia non est motus nisi existentis in actu, vt ostensum est in. 5. Phy. Ea vero, quorum substãtia non est incorruptibilis, sed est corruptibilis, necesse est iterari eadem specie, & non eadem numero: & ideo aqua, quæ est ex aere, & aer ex aqua, sunt spẽ eadem, non eadem numero. corrumpitur.n. eorum substãtia in tali transmutatione. Sed tñ, cum aer sit tota materia aquæ, & è conuerso, talia reiterata magis accedũt ad identitatẽ materialem Quæ corruptibilia quomodo eadem numero reiterentur. ꝗ animalia & homines reiterati. Vnum.n. animal generans, puta bos, non est tota materia generati alterius bouis: & ideo minus accedunt ad idẽtitatem numeralem, ꝗ elementa in circulari gñatione elementorum. vnde & si propter hoc concedatur ꝙ elementa aliquo modo reiterentur eadem numero, non tñ conceditur, ꝙ propter hoc simpliciter reiterẽtur eadem numero: quia eorum substantia est talis corruptibilis, qualem non contingit esse eadẽ in generato, & in eo ex quo gñatur. Sed Dubitatio. videtur in solutionibus istarum duarum quæstionum esse contradictio. nam in prima dicit Philosophus ꝙ aĩalia non reiterantur, in secunda vero dicit ꝙ reiterantur eadem specie. Sed dicendum, ꝙ prima dicit quòd Solu... primæ. Secunda. animalia non reiterantur eadem numero, & sic concordat cum secunda. Vel ꝙ non ex necessitate est in eis reiteratio in generatione, siue s̃m numerum, siue s̃m speciem. Et ideo patre tuo gñato non est necesse te generari, sed te generato, necesse est patrem tuum gñatum fuisse. Et in hoc non contradicit scđæ solutioni: quæ dicit, ꝙ, si iterãtur, iterantur eadem spẽ, non eadem numero.

Commentariorum S. Thomæ super Libros de Generatione & Corruptione, finis.

S. THOMAE AQVINATIS DE ELEMENTORVM MISTIONE OPVSCVLVM.

SVMMA

Quomodo in misto non actu, sed virtute remaneant elementorum formæ quibusdam allatis ac confutatis opinionibus, declaratur.

Dubium apud multos esse solet, quõ elementa sint in misto. Videtur autem quibusdam ꝙ qualitatibus actiuis & passiuis elementorum ad medium aliqualiter deductis per alterationem, formæ substantiales elementorum ma-

F neant. si.n. non remaneant, videtur esse corruptio quædam elementorum & non mistio. Rursum, si forma substantialis corporis misti sit actus materiæ, non præsuppositis formis simplicium corporum, tũc simplicia corpora elementorum amittent rõnem. est.n. elementum, ex quo componitur aliquid primo, & est in eo, & est indiuisibile s̃m speciem. sublatis.n. formis substantialibus, non sic ex simplicibus corporibus corpus mistum cõponetur, ꝙ in eo remaneant. Est aũt impossibile sic se habere. Impossibile est.n. materiam s̃m idem diuersas formas suscipere elẽtorum. si igitur in corpore misto formæ substantiales elementorum saluent̃, oportebit diuersis materiæ partibus eas inesse. materiæ aũt diuersas partes accipere est impossibile nisi præintellecta quantitate in materia. sublata.n. quantitate substantia remanet indiuisibilis, vt patet. 1. Phy. ex materia aũt

G sub quãtitate existente, & forma substantiali adueniente corpus physicum constituit̃. Diuersæ igitur partes materiæ formis elẽtorum subsistentes plurium corporum rõnem suscipiunt. multa aũt corpora impossibile est simul esse. non igitur in qualibet parte corporis misti erunt quatuor elementa, & sic non erit vera mistio, sed s̃m sensum, sicut accidit in congregatione inuisibilium, siue insensibilium corporũ propter paruitatem. Amplius. oĩs forma substantialis propriam requirit dispositionem in materia sine qua esse non potest. vnde alteratio est via ad gñationem & corruptionẽ. Impossibile est aũt in idem conuenire ꝓpriam dispositionem, quæ requiritur ad formam ignis, & quæ requiritur ad formam aquę. quia s̃m tales dispositiones ignis & aqua sunt contraria: contraria aũt impossibile est simul esse in eodem adæquate: impossibile est igitur, ꝙ in eadem

H parte misti sint formæ substantiales ignis & aquæ. si igitur mistum fiat remanentibus formis substantialibus simplicium corporum, sequitur ꝙ non sit vera mistio, sed ad sensum solum, quasi iuxta se positis partibus insensibilibus ꝓpter paruitatem. Quidam aũt volentes vtrasq; rõnes euitare in maius inconueniens inciderũt. Vt.n. mistiones elementorũ ab eorum corruptione distinguerent, dixerunt, formas quidem substantiales elementorum remanere in misto aliqualiter, sed, ne cogerentur dicere esse mistionem ad sensum, & non s̃m veritatem, posuerunt, ꝙ formæ elementorum non remanent in misto s̃m suum complementũ, sed ꝙ in quoddam medium reducuntur. Dicunt.n. ꝙ formæ elementorum suscipiunt magis & minus, & habent contrarietatem adinuicem. Sed quia hoc palam repugnat opinioni, Quo sensu substantiæ

aliquid contrarietur.

modi, & dictis Philosophi dicentis in Prædicamentis, ꝙ substãtiæ nihil est contrarium, & ꝙ non suscipit magis & minus, vlterius procedunt, & dicunt, ꝙ formę elementorum sunt imperfectissimæ, vtpote materiæ primæ propinquiores. vnde sunt mediæ inter formas substantiales & accidentales. Et sic, inquantum accedunt ad naturam formarum accidentalium, magis & minus suscipere possunt, licet habeant contrarietatem adinuicem. Hæc aũt positio multipliciter est improbabilis. Primo, quia esse aliquid medium inter substantiã & accidens est oĩno impossibile. esset.n. medium inter affirmationem & negationem. proprium.n. accidẽtis est esse in subiecto, substantiæ vero in subiecto non esse. formæ aũt substantiales sunt quidẽ in materia, non autem in subiecto. nam subiectum est hoc aliquid, forma aũt substantialis est, quæ facit subiectum hoc aliquid, non aũt præsupponit illud. Item, ridiculum est dicere medium esse inter ea, quæ non sunt vnius generis: quia medium & extrema oportet eiusdem generis esse, vt probatur in. 10. Meta. Nihil ergo potest esse medium inter substantiã & accidens. Deinde impossibile est formas substãtiales eſntorum suscipere magis & minus. Omnis.n. forma suscipiẽs magis & minus est diuisibilis per accidens, inquantum, s. pôt eam subiectum participare magis & minus. ſm id autem, quod est diuisibile per se vel per accidens, contingit esse motum continuum, vt patet in. 6. Phys. est.n. loci mutatio, & augmentum, & decrementum ſm locum & quantitatem quæ sunt per se diuisibilia, alteratio aũt secundum qualitates, quæ suscipiunt magis & minus, vt calidum & album. si igitur formæ eſntorum suscipiunt magis & minus, tam generatio q̃ corruptio elementorum erit motus continuus, quod est impossibile. nam motus continuus non est nisi in tribus generibus, s. quãtitate, qualitate, & vbi, vt probatur in. 5. Phy. Amplius, omnis differentia ſm formam substantialem variat spẽm, in eo autem, quod suscipit magis & minus, differt id, quod est magis ab eo quod est minus, & quodammodo est ei contrarium, vt

Substantiæ & accidẽtis nullum est medium.

F

G

E magis album & minus album. si igitur forma substantialis ignis suscipit magis & minus, magis facta vel minus facta spẽm variabit, nec erit eadem forma, sed alia. Hinc est quod dicit Philosophus in. 8. Meta. ꝙ, sicut in numeris variatur species per additionem & subtractionem, ita in substantijs. Oportet ergo aliũ modũ inuenire quo veritas saluetur mistionis, & elementa non totaliter corrumpãtur, sed aliqualiter in misto permaneant. Considerandum est igitur, ꝙ qualitates actiuæ & passiuæ eſntorum sunt adinuicem contrariæ, & suscipiunt magis & minus. ex contrarijs aũt qualitatibus suscipientibus magis & minus constitui pôt media qualitas, quæ vtriusq; sapiat extremi naturã, sicut pallidum inter album & nigrum, & tepidum inter calidum & frigidum. sic igitur remissis excellentijs qualitatũ elementarium constituitur ex eis quędam qualitas media, quę

F est propria qualitas corporis misti, differens tñ in diuersis ſm diuersam mistionis proportionem. & hæc quidem qualitas est propria dispositio ad formã corporis misti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis. sicut igitur extrema inueniuntur in medio, quod participat vtriusq; naturam, sic qualitates simplicium corporũ inueniuntur in propria qualitate corporis misti. Qualitas aũt corporis simplicis est quidem aliud à forma substantiali ipsius, agit tamen in virtute formæ substantialis: alioquin calor calefaceret tm̃, non autem per eius virtutem forma substantialis educeretur in actum, cum nihil agat extra suam speciem. sic igitur virtutes formarum substantialium simplicium corporum saluantur in corporibus mistis. Sunt igitur formæ elementorum in mistis non actu, sed virtute. Et hoc est quod dicit Philosophus in. 1. de Generatione. Non igitur manent elemẽta in misto actu vt corpus & album,

G nec corrumpuntur, nec alterantur ambo, nec alterum, saluatur enim virtus eorum.

Opusculi De Mistione Elementorum finis.

Commentariorum S. Thomæ super duos Libros Aristotelis de Generatione & Corruptione, & Opusculi eiusdem de Elementorum Mistione, finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G Omnes sunt terniones præter G quaternionem.

VENETIIS,
Apud Hieronymum Scottum.
M. D. L X V.